Saluauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius.

Notum fecit dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam.

Recordat⁹ est misericordie sue: et veritatis sue do mui israel.

Uiderunt omnes termini terre salutare dei nr̃i: iubilate deo oĩs tra, cantate et exultate ⁊ psallite.

Psallite dño in cythara in cythara ⁊ voce psalmi: in tubis ductilibus ⁊ voce tube cornee.

Iubilate in conspectu regis dñi, moueat mare et plenitudo eius: orbis terrarum et q̃ habitant in eo.

Flumina plaudent manu simul montes exultabunt a conspectu dñi: qm̃ venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iusticia: et populos in equitate.

Dominus regnauit irascantur populi: qui sedes super cherubin moueatur terra.

Dominus in syon magnus: et excelsus super omnes populos.

Confiteantur noi tuo magno quoniaꝫ terribile et sanctum est: et honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones: iudiciũ et iusticiam in iacob tu fecisti.

Exaltate dominum deũ nostrum et adorate scabellum pedum eius quoniaꝫ sanctum est.

Moyses et aaron in sacerdotibus eius: ⁊ samuel inter eos qui inuocant nomen eius.

Inuocabant dominuꝫ ⁊ ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia eius: et preceptũ quod dedit illis.

Dñe de⁹ noster tu exaudiebas eos, de⁹ tu ppici⁹ fuisti eis: et vlciscens in omnes adinuẽtiones eorum.

Exaltate dñm deũ nr̃m

et adozate in mõte scõ ei⁹ qm̃ sanctus dñs deus nr̃.
Gloria. An. Qz mirabilia fecit dominus. Ps. xcix.
Jubilate deo oĩs fra: seruite dño i leticia.
Introite in cõspectu ei⁹: in exultatione.
Scitote quoniã dñs ipe est deus: ipse fecit nos et non ipsi nos.
Populꝰ eiꝰ et oues pascue eius introite poztas eius in confessione: atria eius in hymnis cõfitemini illi.
Laudate nomẽ eius qm̃ suauis est dñs, inetnũ misericozdia eius: et vsqꝫ in generatione et generationem veritas eius. Ps. c.
Misericozdiã et iudicium cantabo tibi dñe: psallã et intelligam in via immaculata quando venies ad me.
Perambulabam in innocẽtia cozdis mei: in medio domus mee.
Non pzoponebam ante oculos meos rem iniustã: facientes pzeuaricationes odiui.
Non adhesit mihi coz prauum: declinantez a me malignũ non cognoscebã.
Detrahentem secreto pximo suo: hũc psequebar.
Superbo oculo et insatiabili cozde: cũ hoc nõ edebã.
Oculi mei ad fideles terre vt sedeant mecũ: ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.
Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculozum meozum.
In matutino interficiebam oẽs peccatozes terre: vt disperderez de ciuitate dñi oẽs operãtes iniqtatẽ.
Gloria. An. Jubilate deo omnis terra. Psalm⁹. ci.
Domine exaudi orationem meã et clamoz meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me in quacunqꝫ die tribuloz, inclina ad me aurem tuam.
In quacunqꝫ die inuocauero te: velocit̃ exaudi me
Quia defecerũt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum vt fenũ

et aruit coꝛ meum: qꝛ obli
tus sum comedere panem
meum.
A voce gemitus mei: ad
hesit os meum carni mee.
Similis factus sum pel=
licano solitudinis: et fa=
ctus sum sicut nicticoꝛax
in domicilio.
Vigilaui et factus sum
sicut passer: solitarius in
tecto.
Tota die exprobꝛabant
mihi inimici mei: et qui
laudabant me aduersum
me iurabant.
Quia cinerem tanq̄ pa=
nem manducabam: et po=
tuȝ meū cū fletu miscebā.
A facie ire indignatio=
nis tue: quia eleuans alli=
sisti me.
Dies mei sicut vmbꝛa de
clinauerūt: et ego sicut fe=
num arui.
Tu aūt dn̄e ineťnū pma
nes: et memoꝛiale tuū i ge
neratione et generationē.
Tu exurgens domine mi
sereberis syon: quia tem=
pus miserendi eius quia
venit tempus.
Quoniam placuerūt ser
uis tuis lapides eius: et
terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes no=
men tuū dn̄e: et omnes re=
ges terre gloꝛiam tuam.
Qꝛ edificauit dn̄s syon:
et videbitur in gloꝛia sua
Respexit in oꝛationē hu
milium: et non spꝛeuit pꝛe
cem eoꝛum.
Scribantur hec in gene=
ratione altera: ⁊ populus
q̄ creabitur laudabit dn̄m
Quia pspexit de excelso
sancto suo: dn̄s de celo in
terram aspexit.
Vt audiret gemitus cō=
peditoꝛum: vt solueret fi=
lios interemptoꝛum.
Vt annuncient in syon
nomen domini: et laudem
eius in hierusalem.
In cōueniendo populos
in vnum: et reges vt serui
ant domino.
Respondit ei in via vir=
tutis sue: paucitatem die=
rum meoꝛū nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimi=
dio dierum meoꝛum: in ge
neratione et generationē
anni tui.
Initio tu domine terraȝ
fundasti: et opera manuū
tuarum sunt celi.

Ipsi peribunt tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.
Filii seruorum tuorum habitabunt: et semen eorum in seculuz dirigetur.

Psalmus .cii.

BEnedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic anima mea domino: et noli obliuisci oēs retributiones eius.
Qui ꝓpiciat oībus iniq̄tatib⁹ tuis: q̄ sanat oēs infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia et miserationibus.
Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aq̄le iuuent⁹ tua.
Faciens misericordias dominus: et iudicium: omnibus iniuriam patientibus.
Notas fecit vias suas moysi: filiis israel voluntates suas.
Miserator et misericors dominus: longanimis et multum misericors.
Non in perpetuum irascetur: neq̄ in eternum comminabitur.
Non secundum peccata nostra fecit nobis: neq̄ secundum iniquitates nr̄as retribuit nobis.
Quoniam secunduz altitudinē celi a t̄ra: corroborauit misericordiā suā super timentes se.
Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nr̄as.
Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentibus se: quoniā ipse cognouit figmentum nostrum.
Recordatus est q̄m puluis sumus: homo sicut fenum: dies eius tanq̄ flos agri sic efflorebit.
Quoniam spiritus pertransibit in illo ⁊ nō subsistet: et nō cognoscet amplius locum suum.
Misericordia autem domini ab eterno: et vsq̄ in eternū sup̄ timentes eum.

Et iusticia illius in filios filiorum: his qui seruant testamentum eius.
Et memores sunt mādatorū ipsi⁹: ad faciēdū ea.
Dominus in celo parauit sedem suam: et regnū ipsius oibus dñabitur.
Bndicite dño oēs angeli eius potentes v̄tute facientes v̄bū illi⁹: ad audiendā vocem sermonū ei⁹.
Benedicite dño omnes virtutes eius: ministri ei⁹ qui facitis voluntatē ei⁹.
Bndicite dño oia opera eius: in omni loco dñationis eius benedic aia mea dño. Gl'ia. An. Clamor meus ad te veniat de⁹. Ps. ciii.
Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificat⁹ es vehementer.
Confessionem et decorē induisti: amictus lumine sicut vestimento.
Extendens celum sicut pellem: q̄ tegis aquis superiora eius.
Qui ponis nubem ascēsum tuum: qui ambulas super pennas ventorum.
Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignem vrentem.
Qui fundasti terram super stabilitatem suam: nō inclinabitur in seculum seculi.
Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aque.
Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.
Ascendūt montes & descendunt campi: in locum quem fundasti eis.
Terminum posuisti quē non transgredientur: neq; cōuertent̄ operire terram.
Qui emittis fontes in conuallibus: inter mediū montiū ptransibūt aque.
Potabunt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.
Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra.
Producens fenum iumētis: et herbam seruituti hominum.

Ut educas panē de terra: et vinum letificet coꝛ hominis.

Et exhilaret faciem in oleo: et panis coꝛ hominis confirmet.

Saturabuntur ligna cāpi et cedꝛi libani quas plātauit: illic passeres nidificabunt.

Herodii domus dux est eoꝛum: montes excelsi ceruis petra refugium herinaciis.

Fecit lunā in tempoꝛa: sol cognouit occasū suuȝ.

Posuisti tenebꝛas et facta est nox: in ipsa pertrāsibunt omnes bestie silue.

Catuli leonuȝ rugiētes: vt rapiant et querant a deo escam sibi.

Oꝛtus est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur.

Exibit homo ad opus suum: et ad operationem suam vsqꝫ ad vesperam.

Quam magnificata sūt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessiōe tua.

Hoc mare magnū ⁊ spaciosū manib⁹: illic reptilia quoꝛū non est numer⁹.

Animalia pusilla cū magnis: illic naues pertransibunt.

Draco iste quem foꝛmasti ad illudendum ei: oīa a te expectāt vt des illis escam in tempoꝛe.

Dante te illis colligent aperiente te manum tuā: oīa implebūtur bonitate.

Auertente aūt te faciem turbabūtur: auferes spm̄ eoꝛum et deficiēt, et in puluerem suum reuertentur.

Emitte spiritū tuum ⁊ creabuntur: et renouabis faciem terre.

Sit gloꝛia domini in seculum: letabitur dominus in operibus suis.

Qui respicit terram et facit eam tremere: qui tangit montes et fumigant.

Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo quamdiu sum.

Iocundum sit ei eloquium meum: ego vero delectaboꝛ in domino.

Deficiant peccatoꝛes a terra, et iniqui ita vt non sint: benedic anima mea domino. Psalmus .ciii.

Confitemini domino et inuocate nomē ei⁹ annūciate inter gentes opera eius.

Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius, laudamini in nomine sancto eius.

Letetur coꝛ querentium dominum querite dominū et cōfirmamini:querite faciem eius semper.

Mementote mirabiliū ei⁹ que fecit: pꝛodigia eius et iudicia oꝛis eius.

Semen abꝛahā serui ei⁹: filii iacob electi eius.

Ipse dn̄s deus nr̄:in vniuersa terra iudicia eius.

Memoꝛ fui in scl'm testamenti sui:verbi qd̄ mādauit in mille generationes.

Qd̄ dispꝛsuit ad abꝛahā et iuramenti sui ad isaac.

Et statuit illud iacob in pꝛeceptum : et israel in testamentum eternum.

Dicens tibi dabo terram chanaam: funiculum hereditatis vestre.

Cū essent numero bꝛeui: paucissimi et incole eius.

Et pertransierunt de gēte in gentem:⁊ de regno ad populum alterum.

Nō reliquit hominē nocere eis:⁊ coꝛripuit pꝛo eis reges.

Nolite tangere xp̄os meos:⁊ in pꝛophetis meis nolite malignari.

Et vocauit famen super terram :et omne firmamē tum panis contriuit.

Misit an̄ eos virū:in seruū venūdatus est ioseph.

Humiliauerūt in compedibus pedes eius: ferrum pertransiit animā eius donec veniret verbum eius.

Eloquium domini inflāmauit eum:misit rex ⁊ soluit eum pꝛinceps populorum et dimisit eum.

Constituit eum dn̄m domus sue: et pꝛincipem oīs possessionis sue.

Et erudiret p̄ncipes ei⁹ sicut semetipsum: ⁊ senes eius pꝛudentiam doceret.

Et intrauit israel in egyptum: et iacob accola fuit in terra cham.

Et auxit populum suum vehemēter:et firmauit eū super inimicos eius.

Cōuertit coꝛ eoꝝ vt odirent pp̄l'm eius: et dolū fa-

terent in seruos eius.
Misit moysen seruū suū: aaron quem elegit ipsum.
Posuit in eis vba signorum suorum: et prodigiorum in terra cham.
Misit tenebras et obscurauit ꝛ nō exacerbauit sermones suos.
Conuertit aquas eoꝝ in sanguinē: et occidit pisces eorum.
Et dedit terra eorum ranas: in penetralibus regū ipsorum.
Dixit et venit cinomia ꝛ ciniphes in omnibus finibus eorum.
Posuit pluuias eorū grādinem: ignem comburentē in terra ipsorum.
Et percussit vineas eoꝝ ꝛ ficulneas eorū: et contriuit lignum finium eorum.
Dixit et venit locusta et brucus cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenū in terra eoꝝ: et comedit omnem fructū terre eorum.
Et percussit omne primogenitū in terra eoꝝ: primitias omnis laboris eorum
Et eduxit eos cum argento et auro: et nō erat in tribubus eorum infirmus.
Letata est egyptus in ꝓfectione eoꝝ: qꝛ incubuit timor eorum super eos.
Expandit nubē in protectionem eorum ꝛ ignem vt luceret eis per noctem.
Petierūt ꝛ venit coturnix et pane celi saturauit eos.
Dirupit petram ꝛ fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina.
Quoniam memor fuit vbi sancti sui: qd̄ habuit ad abraham puerum suum.
Et eduxit populuꝫ suū in exultatione: ꝛ electos suos in letitia.
Et dedit illis regiōes gētium: et labores populorū possederunt.
Ut custodiant iustificationes eius: ꝛ legē eius exquirant. Gloria. An. Bn̄dic aia mea dn̄o. Psalm. cv.
Confitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia eius.
Quis loquetur potētias dn̄i: auditas faciet omnes laudes eius.
Beati qui custodiunt iudicium et faciunt iusticiā:

in omni tempoꝛe.
Memēto nostri dn̄e in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo.
Ad vidēdū in bonitate electoꝛum tuoꝛum ad letādum in letitia gentis tue: vt lauderis cum hereditate tua.
Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egim⁹ iniquitatem fecimus.
Patres nr̄i in egypto nō intellexerūt mirabilia tua nō fuerunt memoꝛes multitudinis misericoꝛdie tue
Et irritauerūt ascendentes in mare mare rubꝛum: et saluauit eos ꝓpter nomen suum vt notā faceret potentiam suam.
Et increpuit mare rubꝛū ⁊ exsiccatum est: ⁊ deduxit eos i abyssis sicut i deserto
Et saluauit eos de manu odientium: et redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulātes eos: vnus ex eis nō remansit.
Et crediderūt in v̄bis ei⁹ et laudauerūt laudē eius.
Cito fecerūt obliti sunt operum eius: et non sustinuerunt consiliu m eius.
Et cōcupierūt cōcupiscētiam in deserto: et tentauerunt deum in inaquoso.
Et dedit eis peticionē ipsoꝛum: et misit saturitatē in animas coꝛum.
Et irritauerunt moysen in castris: aaron sanctum domini.
Aperta est terra et deglutiuit datan: ⁊ operuit sup congregationem abyꝛon.
Et exarsit ignis in synagoga eoꝛū: flamma combussit peccatoꝛes.
Et fecerūt vitulū in oꝛeb et adoꝛauerūt sculptile.
Et mutauerunt gloꝛiam suam: in similitudinem vituli comedentis fenum.
Obliti sunt deum qui saluauit eos, q̄ fecit magnalia in egypto: mirabilia in terra chā, terribilia i mari rubꝛo.
Et dixit vt disperderet eos si non moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.
Vt auerteret irā eius ne disperderet eos: et pꝛo nihilo habuerunt terram desiderabilem.

Non crediderūt v̄bo ei⁹ et murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem domini.

Et leuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto.

Et vt deiiceret semen eorum in nationibus: ⁊ dispderet eos in regionibus.

Et initiati sunt beelphegor: et comederunt sacrificia mortuorum.

Et irritauerūt eū in adinuentionibus suis: ⁊ multiplicata est in eis ruina.

Et stetit phinees ⁊ placauit: et cessauit quassatio.

Et reputatum est ei ad iusticiā: in ḡnatione et ḡnatione vsq̄ in sempiternū.

Et irritauerūt eū ad aq̄s contradictionis: et vexat⁹ est moyses propter eos, q2 exacerbauerūt spm̄ eius.

Et distinxit i labiis suis: non disperderunt gentes quas dixit dominus illis.

Et commixti sunt inter gentes ⁊ didicerunt opera eorum: et seruierunt sculptilibus eorum et factum est illis in scandalum.

Et immolauerunt filios suos: et filias suas demoniis.

Et effuderunt sanguinē innocentem sanguinem filiorum suorum et filiarū suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus chanaā.

Et interfecta est terra in sanguinibus et contaminata est in operibuu eorū et fornicati sunt in adinuentionibus suis.

Et iratus est furore dominus in populum snū: ⁊ abominatus est hereditatē suam.

Et tradidit eos in man⁹ gentium: et dominati sunt eorum qui oderunt eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorum: et humiliati sunt sub manibus eorum sepe liberauit eos.

Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: ⁊ humiliati sunt in iniquitatibus suis.

Et vidit cum tribularentur: et audiuit orationem eorum.

Et memor fuit testamēti sui: et penituit eum, secundum multitudinem misericordie sue.

Et dedit eos in misericor dias: in conspectu omniū qui ceperant eos.
Saluos fac nos dn̄e deus noster et congrega nos de nationibus.
Ut confiteamur nomini sancto tuo: et gloriemur in laude tua.
Benedictus dominus deus israel a seculo et usq; in seculum: et dicet omnis populus fiat fiat. ps.cvi.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum mia eius.
Dicant qui redempti sūt a dn̄o quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos.
A solis ortu et occasu: ab aquilone et mari.
Errauerūt in solitudine in inaquoso: viā ciuitatis habitaculi non inuenerūt.
Esurientes et sitientes: aia eorum in ipsis defecit.
Et clamauerunt ad dn̄m cū tribularent: et de necessitatibus eorū eripuit eos.
Et deduxit eos in viā rectam: ut irent in ciuitatem habitationis.
Confiteantur dn̄o misericordie eius: et mirabilia eius in filiis hominum.
Quia satiauit animam inanem: et animā esurientē satiauit bonis.
Sedentes in tenebris et umbra mortis: vinctos in mendicitate et ferro.
Quia exacerbauerūt eloquia dei: et consilium altissimi irritauerunt.
Et humiliatum est in laboribus cor eorum: et infirmati sunt nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis: et vincula eorum dirupit.
Confiteantur dn̄o misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum.
Quia contriuit portas eneas: et vectes ferreas cōfregit.
Suscepit eos de via iniquitatis eorū: propter iniusticias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abominata est anima eorum: et ap-

ꝓpinquauerunt vſq ad portas mortis.
Et clamauerunt ad dn̄m cū tribularent: ⁊ de necessitatibus eoꝝ liberauit eos.
Misit verbum suum ⁊ sanauit eos: et eripuit eos de interitionibus eorum.
Confiteantur dn̄o misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum.
Et sacrificent sacrificiū laudis et annuncient opera eius in exultatione.
Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis.
Ipsi viderūt opera dn̄i: ⁊ mirabilia eius in ꝓfundo.
Dixit ⁊ stetit spiritus ꝓcelle: et exaltati sunt fluctꝰ eius.
Ascendunt vſq ad celos et descendūt vſq ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.
Turbati sunt et moti sūt sicut ebrius: et om̄is sapiētia eorum deuorata est.
Et clamauerunt ad dn̄m cū tribularent: ⁊ de necessitatibus eorum eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram: et siluerunt fluctus eius.
Et letati sunt quia siluerunt: et deduxit eos in portum voluntatis eorum.
Confiteantur dn̄o misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis: ⁊ ī cathedra seniorum laudent eum.
Posuit flumina ī desertū et exitus aquarū in sitim.
Terrā fructiferam in salsuginem: a malicia inhabitantium in ea.
Posuit desertum in stagna aquarū: et terrā sine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic esurientes: et constituerūt ciuitatem habitationis.
Et seminauerūt agros ⁊ plantauerunt vineas: ⁊ fecerunt fructū natiuitatis.
Et benedixit eis ⁊ multiplicati sūt nimis: et iumēta eorum non minorauit.
Et pauci facti sunt: ⁊ vexati sūt a tribulatione malorum et dolore.
Effusa est contentio sup ꝑncipes: ⁊ errare fecit eos in inuio et non in via.
Et adiuuit pauperem de

inopia: et posuit sicut oues familias.
Videbunt recti et letabũtur: et omnis iniquitas opilabit os suum.
Quis sapiẽs et custodiet hec: et intelliget misericordias domini. Gloria. An. Visita nos domine in salutari tuo. Psalmus. cvii.
Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ: cãtabo et psallam in gloria mea.
Exurge psalteriũ et cythara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis dñe: et psallam tibi in nationibus.
Quia magna est sup celos mia tua: et vsq ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus, et super omnem terrã gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua et exaudi me: deus locutus est in sancto suo.
Exultabo et diuidã sichimam et conuallẽ tabernaculorum dimetiar.
Meus est galaad et meus est manasses: et effraim susceptio capitis mei.
Iuda rex meus: moab lebes spei mee.
In idumeã extẽdã calciamentũ meũ: mihi alienigene amici facti sunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitã: quis deducet me vsq in idumeam.
Nonne tu deus qui repulisti nos: et non exibis deus in virtutibus nostris.
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
In deo faciemus vtutẽ: et ipẽ ad nihilum deducet inimicos nostros. ps. cviii.
Deus laudem meam ne tacueris quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est.
Locuti sunt aduersũ me lingua dolosa: et sermonibus odii circundederunt me: et expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi: ego autem orabam.
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: et odiũ pro dilectione mea.
Constitue super eũ peccatorem: et diabolus stet a

dextris eius.
Cum iudicatur exeat cõdennatus: et oratio ei⁹ fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci: et episcopatuz eius accipiat alter.
Fiant filii eius orphani: et uxor eius vidua.
Nutãtes tansferant filii ei⁹ et mendicent: et eiciant de habitationibus suis.
Scrutet fenerator omnẽ substantiam eius: et diripiant alieni labores eius.
Nõ sit illi adiutor: nec sit q̃ misereat pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum: in gñatione vna deleatur nomen eius.
In memoriam redeat iniquitas patrum eius in cõspectu dñi: et peccatũ matris eius non deleatur.
Fiant cõtra dñm semp: et dispereat de terra memoria eoꝝ, pro eo q̃ nõ est recordatus facere miam.
Et persecutus est hominem inopem et mendicum: et compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionem et veniet ei: et noluit bñdictionẽ et elongabitur ab eo
Et induit maledictionem sicut vestimentũ: et intrauit sicut aqua in interiora eius et sicut oleum in ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimentũ quo operitur: et sicut zona qua semper pręcingitur.
Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dñm: et qui loquũtur mala aduersus animam meam.
Et tu dñe fac mecum ꝓpter nomen tuum: q2 suauis est misericordia tua.
Libera me quia egenus et pauper ego sũ: et cor meũ conturbatũ est intra me.
Sicut vmbra cum declinat ablatus sum: et excussus sum sicut locuste.
Genua mea ĩfirmata sũt a ieiunio: et caro mea immutata est propter oleũ.
Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me et mouerunt capita sua.
Adiuua mi dñe de⁹ me⁹: saluum me fac secundum misericordiam tuam.
Et sciãt quia manus tua hec: et tu dñe fecisti eam.
Maledicent illi et tu bñdi

ces: q insurgunt in me cō-
fundantur seruus autem
tuus letabitur.
Induātur qui detrahunt
mihi pudore: et operiātur
sicut diployde ɔfusiōe sua
Cōfitebor dn̄o nimis in
ore meo: et in medio mul-
torum laudabo eum.
Qui astitit a dextris pau
peris: vt saluam faceret a
persequētibus aīam meā.
Gloria. an. Confitebor do
mino nimis in ore meo. V.
Domine exaudi orationē.
Et clamor. Ante laud. V.
Fiat misericordia tua do-
mine sup. ¶ In laudib9.
an. Benigne fac in bona
voluntate tua domine. ps.
Miserere mei. ps. xci.
Bonum est confiteri
dn̄o: et psallere no-
mini tuo altissime.
Ad annunciandum ma-
ne misericordiam tuam: et
veritatē tuam per noctem
In dechacordo psalterio:
cum cantico in cythara.
Q2 delectasti me dn̄e in fa
ctura tua: et in operib9 ma
nuum tuarum exultabo.
Quam magnificata sūt
opa tua dn̄e: nimis ꝓfūde
facte sūt cogitationes tue
Vir insipiens nō cogno-
scet: et stultus non intelli-
get hec.
Cum exorti fuerint pec-
catores sicut fenum et ap-
paruerint omnes qui ope-
rantur iniquitatem.
Vt intereant in seculum
seculi: tu autem altissim9
ineternum domine.
Qm̄ ecce inimici tui dn̄e:
qm̄ ecce inimici tui pibūt:
et dispergentur omnes q
operantur iniquitatem.
Et exaltabit sicut vnicor
nis cornu meū: et senectus
mea in misericordia vberi
Et despexit oculus meus
inimicos meos: et insurgē
tibus in me malignantib9
audiet auris mea.
Iustus vt palma florebit
sicut cedrus libani multi-
plicabitur.
Plantati in domo domi-
ni: et in atriis domus dei
nostri florebunt.
Adhuc multiplicabūtur:
in senecta vberi: et bene pa
tientes erūt vt annūcient.
Qm̄ rectus dn̄s deus nr̄:
et non est iniquitas in eo.
Gloria. an. Bonū est cōfiteri

dño. In. Metuāt dñm oēs fines terre. ps. Deus de⁹. ps. Deuteronomii.xxxii.

Audite celi q̄ loquar audiat terra verba oris mei.

Concrescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum.

Quasi imber sup herbā: et quasi stille super gramina quia nomen dñi inuocabo

Date magnificentiā deo nr̄o: dei perfecta sunt opa et omnes vie eius iudicia.

Deus fidelis et absq3 vlla iniquitate iustus et rectus peccauerunt ei: et non filii eius in sordibus.

Generatio praua atq3 peruersa: heccine reddis dño popule stulte et insipiens.

Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit te: et fecit et creauit te.

Memento dierū antiquorum: cogita generationes singulas.

Interroga patrem tuum et annunciabit tibi maiores tuos et dicent tibi.

Quando diuidebat altissimus gentes: quando separabat filios adam.

Constituit terminos populorum: iuxta numerum filiorum israel.

Pars autem dñi popul⁹ eius iacob funiculus hereditatis eius.

Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris et vaste solitudinis.

Circumduxit cū et docuit et custodiuit quasi pupillā oculi sui.

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos et super eos volitans.

Expandit alas suas et assumpsit eos: atq3 portauit in humeris suis.

Dominus solus dux eius fuit et non erat cum eo de⁹ alienus.

Cōstituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum.

Vt suggeret mel de petra oleūq3 de saxo durissimo.

Butyrū de armento: et lac de ouibus cū adipe agnorū et arietum filiorum basan

Et hyrcos cū medulla tritici: et sanguinem vue biberent meracissimum.

Incrassatus est dilectus et recalcitrauit: incrassatus

impinguatus dilatatus.
Dereliquit deum factorē suum : et recessit a deo salutari suo.
Prouocauerūt eū in diis alienis: & abhominationibus ad iracundiam cōcitauerunt.
Immolauerūt demoniis & non deo: diis quos ignorabant.
Noui recentesqꝫ venerūt quos non coluerūt patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti: et oblitus es domini creatoris tui.
Uidit dominus & ad iracundiam cōcitatus est : qꝛ prouocauerunt eū filii sui et filie.
Et ait abscōdam faciem meam ab eis: & considerabo nouissima eorum.
Generatio enim peruersa est: et infideles filii.
Ipsi me prouocauerūt in eo qui nō erat deus et irritauerūt in vanitatibꝰ suis
Et ego prouocabo eos in eo q̄ nō est populus: ⁊ in gēte stulta irritabo illos.
Ignis succēsus est in furore meo: ⁊ ardebit vsqꝫ ad inferni nouissima.
Deuorabitqꝫ terraꝫ cum germine suo : et montium fundamenta comburet.
Congregabo super eos mala: & sagittas meas cōplebo in eis.
Consumētur fame: & deuorabunt eos aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarū immittam in eos: cum furore trahentium super terrā atqꝫ serpentium.
Foris vastabit eos gladius: et intus pauor.
Iuuenē simul ac virginē lactentem cū homine sene.
Et dixi vbi nam sūt: cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimicorum distuli: ne forte superbirent hostes eorum.
Et dicerent manus nr̄a excelsa: et non dominus fecit hec omnia.
Gens absqꝫ consilio est & sine prudentia: vtinam saperent et intelligerent, ac nouissima prouiderent.
Quomodo persequebatꝰ vnus mille: ⁊ duo fugarēt decem milia.

N one ideo quia de⁹ suus vendidit eos: et dominus conclusit illos.
Non enim est deus nr̄ vt dii eorum:ꝛ inimici nostri sunt iudices.
De vinea sodomorū vinea eorum: et de suburbanis gomorre.
Uua eorum vua fellis:et botri amarissimi.
Fel draconū vinū eorꝫ:et venenū aspidū insanabile
Nonne hec condita sunt apud me:ꝛ signata in thesauris meis.
Mea est vltio et ego retribuam eis in tempore: vt labatur pes eorum.
Iuxta est dies pditionis: et adesse festināt tempora.
Iudicabit dominus populum suum: et in seruis suis miserebitur.
Uidebit ꝙ infirmata sit manus ei⁹:et clausi quoqꝫ defecerunt, residuiqꝫ consumpti sunt.
Et dicēt vbi sunt dii eorum: in quibus habebant fiduciam.
De quorum victimis comedebant adipes: et bibebant vinum libaminum.
Surgant et opitulentur vobis:ꝛ in necessitate vos protegant.
Uidete ꝙ ego sim sol⁹:et nō sit alius de⁹ preter me.
Ego occidam, et ego viuere faciā: percutiam ꝛ ego sanabo:et nō est qui de manu mea possit eruere.
Leuabo ad celum manū meam: et dicam viuo ego ineternum.
Si acuero vt fulgur gladium meū: et arripuerint iudicium manus mee.
Reddam vltionem hostibus meis:et his q̄ oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sanguine: ꝛ gladi⁹ me⁹ deuorabit carnes.
De cruore occisorum:ꝛ de captiuitate nudati inimicorum capitis.
Laudate gentes populū eius:quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur
Et vindictā retribuet in hostes eorum:et propicius erit terre populi sui. Glīa
Aña. Et ī seruis suis dn̄s miserebit. aña. In cymbalis benesonātibus laudate dominū. ps. Laudate dn̄m.

ephm. Uigilate. Sequens hy⁹ dr solū ad lau. in sabbato proximo ante dñicā primā xl. quādo in p̄dicto sabba. de feria agitur Hymnus.

Aurora iam spargit polum, terris dies illabit: lucis resultat spiculum, discedat omne lubricum.

Fātasma noctis decidat: mētis reat⁹ subruat: quicquid tenebris horridū nox attulit culpe cadat.

Ut mane illud vltimum quod prestolamur cernui: in lucem nobis effluat dū hoc canore concrepat.

Deo patri sit glr̄ia. Per estatem hy⁹. Ecce iam. Ps. In matutinis an. In viā pacis dirige nos dñe. Ps. Bñdictus. Preces. et cetera. vt supra oratio vt decet.

¶ In dominicis dieb⁹ ad vesperas. Psalmus. cix.



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Uirgā virtutis tue emittet dominus ex syon: dominare in medio inimicorū tuorum.

Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorū: ex vtero ante luciferum genui te.

Iurauit dñs et non penitebit eum: tu es sacerdos ineternum, secundum ordinem melchisedech.

Dñs a dextris tuis: confregit in die ire sue reges.

Iudicabit in nationibus implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibit: propterea exaltabit caput. Gloria. an. Sede a dextris meis dixit dominus domino meo. Psalmus. cx.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: in consilio iustorum et cōgregatione.

Magna opa dñi: exquisita in oēs voluntates eius.

Confessio et magnificētia opus ei⁹: et iustitia ei⁹ manet in seculum seculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus: escam dedit timentibus se.

Memor erit in sec'lm testamenti sui: virtutē operum suorum annūciabit populo suo.
Ut det illis hereditatem gentiū: opera manuū eius veritas et iudicium.
Fidelia oia mandata ei⁹ cōfirmata in sec'lm sec'li: facta in veritate et equitate.
Redemptionē misit dñs populo suo: mandauit ineternum testamentū suū.
Sanctum et terribile nomen eius: initium sapientie timor domini.
Intellectus bonus oibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi. Gloria. aña. Fidelia oia mādata ei⁹: cōfirmata in seculum seculi. ps. cxi.
Beat⁹ vir qui timet dñm: in mādatis ei⁹ volet nimis.
Potēs in terra erit semē eius: generatio rectorum benedicetur.
Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi.
Exortū est in tenebris lumē rectis: misericors et miserator et iustus.
Iocundus homo qui miseretur et commodat disponit sermones suos in iudicio: quia ineternum non commouebitur.
In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.
Paratū cor eius sperare in dño confirmatū est cor eius non cōmouebit donec despiciat inimicos suos.
Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit et irascet dentibus suis fremet et tabescet: desideriū peccatorum peribit. Gloria. añ. In mādatis eius volet nimis. ps. cxii.
Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi.
Sit nomē dñi bñdictū: ex hoc nunc et vsq; in seculū.
A solis ortu vsq; ad occasum: laudabile nomē dñi.
Excelsus super omnes gētes dominus: et super celos gloria eius.
Quis sicut dominus de⁹ noster qui in altis habitat humilia respicit in celo et in terra.
Suscitās a terra inopē:

et de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cū principibus: cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrē filiorum letantem.
Gloria patri. An. Sit nomen domini benedictum in secula. Psalmus.cxiii.
In exitu isrl' de egypto: domus iacob de populo barbaro.
Facta est iudea sctificatio eius: isrl' potestas ei⁹.
Mare vidit ⁊ fugit: iordanis cōuersus est retrorsū.
Montes exultauerunt vt arietes et colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare quod fugisti: ⁊ tu iordanis quia conuersus es retrorsum.
Montes exultastis sicut arietes: ⁊ colles sicut agni ouium.
A facie dn̄i mota est terra: a facie dei iacob.
Qui conuertit petram in stagna aquarum: ⁊ rupem in fontes aquarum.
Nō nobis dn̄e nō nobis: sed nomini tuo da gloriā.
Super mīa tua ⁊ veritate tua: nequādo dicant gētes vbi est deus eorum.
Deus aūt nr̄ in celo: oīa quecunq; voluit fecit.
Simulachra gentium argentum ⁊ aurū: opera manuum hominum.
Os habent et non loquētur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent ⁊ non audient: nares habent et non odorabunt.
Manus habent et nō palpabunt pedes habent ⁊ nō ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiāt qui faciunt ea: et omnes qui cōfidunt in eis.
Domus isrl' sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est.
Domus aaron sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est.
Qui timent dn̄m sperauerunt in dn̄o: adiutor eorum ⁊ protector eorum est.
Dn̄s memor fuit nostri: et benedixit nobis.
Bn̄dixit domui isrl': bn̄dixit domui aaron.

Benedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cum maioribus.
Adiiciat dñs sup vos: super vos et sup filios vr̃os.
Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram.
Celum celi dño: terrã autem dedit filiis hominum.
Non mortui laudabũt te domine: neq; oĩes qui descendunt in infernum.
Sed nos qui viuimus benedicimus dño: ex hoc nũc et vsq; in seculum.
Gloria. An. Nos qui viuimus bñdicimus domino.
Capitulũ. ii. Thessalo. iii.
Dominus autem dirigat corda et corpora nostra: in charitate dei et patientia christi. Hoc cõm dicitur ad vesperas in omnibus dñicis. et fer. a Dñe ne in ira. vsq; ad lxx. et a Deus oim. vsq; ad aduentum domini: quandocũq; de temporali agitur. Dicitur etiã in fer. a lxx. vsq; ad xl. quãdo de fer. agitur. Et sic sequens hy. dr ad vb. in omnibus dñicis: a Dñe ne in ira. vsq; ad xl. et a Deus omnium. vsq; ad aduentum: tam in dñicis diebus q̃ in fer. quãdo de temporali agitur. Hymn⁹.

Lucis creator optime, lucem dierum proferens: primordiis lucis noue, mũdi parans originẽ,
Qui mane iunctũ vesperi, diẽ vocari precipis: tetrũ chaos illabitur, audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine, vite sit exul munere: dũ nil perenne cogitat, sese⁊ culpis illigat.
Celorũ pulset intimũ, vitale tollat premiũ vitem⁹ omne noxium, purgemus omne pessimum.
Presta pater piissime, patri⁊ compar vnice: cũ spũ paracleto, regnans per oẽ seculum. Amen.
Vsq; ad purificationẽ di.
Gloria tibi dñe: qui nat⁹ es. V. Dirigatur dñe ad te oratio mea. Resp. Sicut incensum in cõspectu tuo.
Iste. V⁹. dicitur ad ves. in omnibus dominicis dieb⁹ et fer. a Domine ne in ira. vsq; ad. xl. Et a De⁹ omnium. vsq; ad aduentum quãdo de temporali agit.

¶ Feria secunda ad vesperas. Psalmus.cxiiii.

Dilexi quoniam exaudiet dominus: vocem orationis mee.

Quia inclinauit aurem suã mihi: ⁊ in diebus meis inuocabo.

Circũdederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem et dolorem inueni: et nomen dñi inuocaui.

O domine libera animã meam misericors domin⁹ et iustus: et deus noster miseretur.

Custodiẽs paruulos dominus: humiliatus sum ⁊ liberauit me.

Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animã meam de morte, oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu.

Placebo domino: in regione viuorum.

Gloria patri et filio. ⁊c.

ãn. Inclinauit dominus aurẽ suam mihi. ps.cxv.

Credidi propter qđ locutus sum: ego autem humiliatus sũ nimis

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam dño: pro oibus q̃ retribuit mihi.

Calicẽ salutaris accipiam: et nomẽ dñi inuocabo

Uota mea dño reddã corã omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus et filius ancille tue.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiã laudis: ⁊ nomẽ dñi inuocabo.

Uota mea dño reddã in conspectu omnis populi eius: in atriis domus dñi in medio tui hierusalem.

Gl'ia. ãn. Credidi pp̃ter qđ locutus sum. ps.cxvi.

Laudate dominũ omnes gentes: laudate eũ omnes populi.

Quoniã confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet ineternum. Gloria.

ãn. Laudate dominũ omnes gentes. ps.cxix.

AD dominum cũ tribularer clamaui: et exaudiuit me.
Domine libera animaꝫ meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut ꝙd apponatur tibi: ad linguã dolosam.
Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis.
Heu mihi ꝗꝛ incolat⁹ meus ꝓlõgat⁹ est, habitaui cũ habitantib⁹ cedar: multum incola fuit aĩa mea.
Cũ his ꝗ oderũt pacem erã pacific⁹: cũ loquebar illis impugnabãt me gratis. Gloria. An. Clamaui et exaudiuit me. Psal. cxx.
LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum a dño: qui fecit celũ et terram.
Non det in cõmotioneꝫ pedẽ tuũ: neqꝫ dormitet ꝗ custodit te.
Ecce non dormitabit neqꝫ dormiet qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.
Per diem sol non vret te: neqꝫ luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.
Dominus custodiat introitum tuũ et exitũ tuũ: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. Gloria. An. Auxiliũ meum a domino. Ca. Dominus autem dixi. R. Domine ne in ira. vsqꝫ ad .xl. qñ de feria agitur: tũc ad vs. fer. ii. dr sequens hy⁹.

IMmense celi conditor, ꝗ mixta ne confunderẽt: aq̃ fluenta diuidens, celũ dedisti limitem
Firmans locũ celestib⁹, simulqꝫ tre riuulis: vt vnda flãmas temperet, terre solum ne dissipent.
Infunde nunc piissime, donum perennis gratie: fraudis noue ne casibus, nos error atterat vetus.
Lucem fides inueniat, sic luminis iubar ferat: hec vana cuncta terreat, hanc falsa nulla cõprimant.
Presta p ẽ. vs. Dirigatur dñe. Per estat. hy⁹. Lucis creator. ps. Dirigat dñe.

an. Magnificet te semper aia mea deus meus. ps. Mgt. Preces vts. oro vt decet. Mco. de scta maria et cetere mco. vts. ad matutinas in. ii. fer. ¶ Fer. iii. ad vesperas. ps. cxxi.



Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domu domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis hierusalem.

Hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum

Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini: testimonium israel ad confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.

Rogate que ad pacē sūt hierusalem: et abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua et abūdantia in turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum dñi dei nrī: quesiui bona tibi.

Gl'ia. an. In domuz dñi letantes ibim⁹. ps. cxxii.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue: ita oculi nrī ad dominum deuz nostrū donec misereatur nostri.

Miserere nostri dñe miserere nrī: qz multū repleti sumus despectione,

Qz multū repleta est aīa nrā opprobriū abūdantibus: et despectio supbis.

Gl'ia. an. Qui hitas in celis miserē nobis. ps. cxxiii

Nisi qz domin⁹ erat in nobis dicat nunc israel: nisi quia dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra forsitan

pertransisset anima nr̃a: aquã intollerabilem.

Benedictus dominus q̃ non dedit nos: in captionem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.

Laqueus contritus est: et nos liberati sumus.

Adiutoriũ nr̃m in nomine dñi: qui fecit celũ et terram. Gl'ia. an. Adiutoriũ nr̃z in noĩe dñi. ps. cxxiiii.

Qui confidũt in dño sicut mõs syon: nõ cõmouebitur ineternum, qui habitat in hierusalẽ.

Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nũc & vsq; in seculum.

Quia non relinquet dominus virgam peccatorũ super sortem iustorũ: vt non extendãt iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine: bonis et rectis corde.

Declinantes aũt in obligationes adducet dñs cũ operantibus iniquitatez: pax super israel. Gloria. an. Bñfac dñe bonis et rectis corde. Psal. cxxv.

In conuertendo dñs captiuitatem syon: facti sum⁹ sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum: et lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: magnificauit domin⁹ facere cum eis.

Magnificauit domin⁹ facere nobiscum: facti sum⁹ letantes.

Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.

Qui seminant in lachrimis: in exultatione metẽt.

Euntes ibant & flebant: mittentes semina sua.

Uenientes autez veniẽt cum exultatione: portantes manipulos suos.

Gl'ia. an. Facti sumus sicut consolati. Cpm. Dñs autem. V. Dñe ne in ira. vsq; ad . xl. Hymnus.

Telluris ingens cõditor, mundi soluz q̃ eruens: pulsis aque molestiis, terram dedisti immobilem.

Ut germen aptum proferens: fuluis decora flo-

ribus: fecūda fructu siste-
ret, pastumqꝫ gratū red-
dat.
Mentis peruste vulnera,
munda virozis gratia: vt
fcā fletu diluat, motusqꝫ
prauos atterat.
Iussis tuis obtemperet,
nullis malis approximet:
bonis repleri gaudeat, et
moztis actum nesciat.
Presta pater. Vꝰ. Diri-
gatur dn̄e. Ser estat hyꝰ.
Lucis creato. Vꝰ. Dirigat
ān. Exultauit spūs meus
in dn̄o deo salutari meo.
ps. Magnificat. Preces
sc. vtā. Oratio vt decet.
¶ Fer. iiii. ad v̄s ps. cxxvi



Nisi dn̄s edifi
cauerit domū:
in vanum la-
bozauerunt q̄
edificant eaꝫ.
Nisi dominus custodie-
rit ciuitatem: frustra vi-
gilat qui custodit eam.
Vanū est vobis ante lu-
ceꝫ surgere, surgite postq̄
sederitis: qui manducatis
panem dolozis.
Cum dederit dilectis su
is somnuꝫ: ecce hereditas
domini filii merces fructꝰ
ventris.
Sicut sagitte ī manu po
tētis: ita filii excussozum.
Beatus vir qui impleuit
desiderium suuꝫ ex ipsis:
non confundetur cum lo-
q̄tur iimicis suis in pozta
Glozia. ān. Beatus vir
qui impleuit desiderium
suum. Psalmus. cxxvii.
Beati omnes qui ti-
ment dominum: qui
ambulāt in viis eius.
Labozes manuum tua-
rum quia manducabis: be
atus es et bene tibi erit.
Uxoz tua sicut vitis a-
bundans: in lateribus do
mus tue.
Filii tui sicut nouelle o-
liuarum: in circuitu men-
se tue.
Ecce sic benedicetur ho-
mo: qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus
ex syon: ꝛ videas bona hie
rusalem, omnibus diebus
vite tue.
Et videas filios filiozū
tuoꝝ: pacem sup israel. ā.
Beati omnes qui timent
dominum. ps. cxxviii.
Sepe expugnauerūt
me a iuuētute mea:

dicat nunc israel.

Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.

Dñs iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur et conuertant̃ retrorsũ oẽs q̃ oderũt syon.

Fiant sicut fenum tectorum: quod priusq̃ euellatur exaruit.

De quo nõ impleuit manum suã q̃ metet: et sinuz suũ q̃ manipulos colliget.

Et nõ dixerũt q̃ preteribant benedictio dñi super vos: benediximꝰ vobis in nomine domini. An. Benediximus vobis in nomine domini. Psalmus.cxxix.

DE profũdis clamaui ad te domine: domine exaudi vocẽ meam.

Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obseruaueris domine: domine q̃s sustinebit.

Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit aĩa mea in domino.

A custodia matutia vsq̃ ad noctem: speret israel in domino.

Quia apud dñm mĩa: et copiosa apd̃ euz redemptio.

Et ipse redimet israel: ex oĩbus iniquitatibus eius An. De profundis clamaui ad te domine. Ps.cxxx.

DOmine non est exaltatum cor meuz: neq̃ elati sunt oculi mei.

Neq̃ ambulaui in magnis: neq̃ in mirabilibꝰ super me.

Si non humiliter sentiebã: sed exaltaui aĩaz meã.

Sicut ablactatus est super matrem suam: ita retributio in anima mea.

Speret israel in dño: ex hoc nũc et vsq̃ in sec̃lm. An. Speret israel in dño. Cap. Dñs autem dixi. Ps. Dñe ne in ira. vsq̃ ad.xl. Hyꝰ.

CEli deꝰ sanctissime, q̃ lucidũ cẽtrũ poli: candore pingis igneo, augens decoro lumine.

Quarto die qui flāmeā: solis rotā constituēs: lune ministrans ordini, vagos recursus syderum.

Ut noctibus vel lumini direptionis terminū: primordiis et mensium, signum dares notissimum.

Illumina cor hominum, absterge sordes mentium: resolue culpe viculū, euerte moles criminum.

Presta pater piissime. ℣. Dirigatur. Per estate hy⁹. Lucis crea. ℣. Dirigatur. Ant. Respexisti humilitatē meam dn̄e deus meus. ps. Magnificat. preces vt3.

¶ Fer. v. ad ve. ps. cxxxi.

Memento domine dauid: et omnis mā suetudinis eius.

Sicut iurauit domino: votum vouit deo iacob.

Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascēdero in lectum strati mei.

Si dedero sōnuz oculis meis: et palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino: tabernaculum deo iacob.

Ecce audiuimus eam in effrata: inuenim⁹ eam in campis silue.

Introibim⁹ in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.

Surge domine in requiem tuam: tu et archa sanctificationis tue.

Sacerdotes tui induantur iusticiam: et sancti tui exultent.

Propter dauid seruum tuum: non auertas faciez christi tui.

Iurauit dominus dauid veritatem, et non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamētū meū: et testimonia mea hec q̄ docebo eos.

Et filii eorum vsq3 in seculum: sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit dominus syon: elegit eam in habitationem sibi.

Hec requies mea in seculū seculi: hic habitabo qm̄ elegi eam.

Viduam eius benedicēs benedicam: pauperes ei⁹ saturabo panibus.

Sacerdotes eius induaȝ salutari: et sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producā cornu dauid: paraui lucernam christo meo.

Inimicos eius induam confusione: super ipsū autem efflorebit sanctificatio mea. Gloria. An. Et omnis mansuetudinis ei⁹

Psalmus. cxxxii.

Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum: habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in capite: quod descēdit in barbam: barbam aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem syon.

Qm̄ illic mandauit dominus benedictionem: et vitam vsqȝ in seculum.

Gloria. An. Ecce q̄ bonuȝ et q̄ iocundum. Nō dr̄ ad vē. iste Psalmus. cxxxiii.

Ecce nunc benedicite dn̄m: oēs serui dn̄i.

Qui statis in domo dn̄i: in atriis dom⁹ dei nostri.

In noctib⁹ extollite manus vestras in sancta: et benedicite dominum.

Benedicat te domin⁹ ex syon: qui fecit celum ⁊ terram. Psalmus. cxxxiiii.

Laudate nomen dn̄i: laudate serui dn̄m.

Qui statis in domo dn̄i: in atriis dom⁹ dei nostri.

Laudate dominum qm̄ bonus dominus: psallite nomini eius qm̄ suaue.

Quoniā iacob elegit sibi dominus: israel in possessionem sibi.

Quia ego cognoui q̄ magnus est dominus: et deus noster pre omnibus diis.

Omnia quecūqȝ voluit dn̄s fecit in celo et in terra: in mari et in oibus abyssis.

Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit.

Qui producit ventos de thesauris suis: q̄ percussit primogenita egipti: ab homine vsqȝ ad pecus.

Et misit signa et prodigia in medio tui egipte: in pharonem: ⁊ in omnes seruos eius.

Qui pcussit gentes multas: et occidit reges fortes
Seon regem amorreorū: et og regem basan: et omnia regna chanaan.
Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatem israel populo suo.
Domine nomen tuū in eternum: domine memoriale tuum in generatione ⁊ generationem.
Quia iudicabit domin⁹ populum suum: et in seruis suis deprecabitur.
Simulachra gentiū argentum et aurum: opera manuum hominnm.
Os habent et non loquētur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent et nō audient: neq; enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus israel benedicite dominum: dom⁹ aaron benedicite dominum.
Domus leui benedicite dominum: qui timetis dominum benedicite dn̄m.
Benedictus dominus ex syon: qui habitat in hierusalem. Gloria. an. Omnia quecūq; voluit dominus fecit. Psalm⁹. cxxxv.

Confitemini domino quoniā bonus: qm̄ ineternum mīa eius.
Confitemini deo deorū.
Confitemini dn̄o dn̄orū.
Qui facit mirabilia magna solus.
Qui fecit celos in intel- (lectu.
Qui firmauit terram super aquas.
Qui fecit luminaria magna.
Solem in potesta- (gna. tem diei.
Lunam et stellas in potestatem noctis.
Qui percussit egyptum: cum primogenitis eorum
Qui eduxit israel de medio eorum.
In manu potenti: et brachio excelso.
Qui diuisit mare rubrū in diuisiones.
Et eduxit israel per medium eius.
Et excussit pharaonem et virtutem eius in mari rubro.
Qui traduxit populum suum per desertum.

Qui percussit reges mag=
Et occidit reges (nos,
fortes.
Seon regem amorreorum.
Et og regem basan.
Et dedit terram eorum:
hereditatem.
Hereditatem israel: ser=
uo suo.
Quia in humilitate no=
stra: memor fuit nostri.
Et redimit nos: ab ini=
micis nostris.
Qui dat escā oī carni.
Confitemini deo celi.
Confitemini dño dñorū
qm̄ ineternum mia eius.
Gloria. An. Qm̄ inetnuz
mia eius. ps. cxxxvi
Super flumina ba=
bilonis: illic sedim⁹
et fleuimus, dum recorde=
remur tui syon.
In salicibus in medio
eius: suspendimus orga=
na nostra.
Quia illic interrogaue=
runt nos: q̄ captiuos duxe
runt nos verba cantionū
Et qui abduxerunt nos
hymnuz cantate nobis de
canticis syon.
Quomodo cantabimus
canticū dñi: in tra aliena.
Si oblitus fuero tui hie
rusalem: obliuioni detur
dextera mea.
Adhereat ligua mea fau
cibus meis: si non memi=
nero tui.
Sinō pposuero hierusa
lē: in principio leticie mee.
Memor esto dñe filiorū
edom: in die hierusalem.
Qui dicunt exinanite ex
Quam oblationē tu deus omnipotēs in omnibus quesumus. Hic faciat tres cruces sup vtraqȝ cū dicat be ✠ nedictā: ascri ✠ ptā: ra ✠ tā: rationabilē: acceptabilēqȝ facere digneris: vt nobis. Hic faciat crucē sup panē dicens cor ✠ pus Hic sup calicē et san ✠ guis Iūctisqȝ manibus dicens fiat dilectissimi filii tui dñi nři iesu xpi. Hic erigat sac. manus et cōiugat postea tergat digitos et eleuet hostiā

Qui pridie qȝ patetur: accepit panem in sctās ac venerabiles manus suas: et eleuatis oculis in celum: Hic eleuet oculos suos ad te deū patrem suū omipotentē. Hic inclinet se: et postea eleuet paululum dicens tibi gratias agēs: be ✠ nedixit: fregit Hic tangat hostiam dicens dedítqȝ discipulis suis dicens. Accipite et mandu

cate ex hoc oēs. Hoc est eni corpus meum. Et debent ista verba proferri: cū vno spū: et sub vna prolatiōe: nulla pausatione interposita. Post hec verba inclinet se sacerdos ad hostiā: et postea eleuet eam supra frontē: vt possit a populo videri: et reuerenter illud reponat ante calicē in modum crucis per eādē facte Et tunc discooperiat calicem et teneat inter manus suas non disiungendo pollicē ab indice: nisi dū facit bñdictiones tm̄ ista dicēs.

Simili modo postea q̄ cenatū est accipiens et hunc preclarum calicem in sctās ac venerabiles manus suas. item tibi. Hic inclinet se dicens. grās agēs bene ✠ dixit: deditq; discipulis suis dicens. Accipite et bibite ex hoc omēs. Hic eleuet sacerdos parumper calicem: ita dicens.

Hic est eni calix sanguinis mei noui et eterni testamenti mysteriū fidei: qui pro vobis et p multis effūdetur in remissionem peccatorum. Hic eleuet calicē vsq; ad pect⁹ vel vltra caput dicēs.

Hec quotienscunq; feceritis: in mei memoriam facietis. Hic reponat calicem et fricet digitos suos vltra calicē propter micas: et cooperiat calicē: deinde eleuet brachia sua in modū crucis iūctis digitis vsq; ad hec verba de tuis donis.

Unde et memores dñe nos tui serui: sed et plebs tua sancta eiusdem xp̄i filii tui Domini dei nr̄i: tam beate passionis necnon et ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascensionis offerimus p̄clare maiestati tue, de tuis donis ac datis Hic q̄nq; cruces fiat sed tres prime cruces super hostiam et calicē dicēdo. hostiam pu ✠ ram: hostiam san ✠ ctam: hostiam immacu ✠ latam. Quarta sup panē tm̄ dicendo pa ✠ nē sctm̄ vite eterne. Quinta super calicē dicendo et ca ✠ licem salutis perpetue.

Supra que propicio ac sereno vultu respicere digneris et accepta habere sicuti accepta

habere dignatus es mune
ra pueri tui iusti abel: et sa
crificiū patriarche nostri
abrahe: et quod tibi obtulit
summus sacer. tuus mel=
hisedech sanctum sacrifici.
um immaculatā hostiam.
Hic sacerdos corpore incli
nato et cācellatis manibus
dicat: Supplices te roga=
mus. usq; ad hec verba: ex
hac altaris participatiōe.
et tūc erigat se deosculans
altare a dextris sacrificii:
et faciat signum crucis su
per hostiam et calicem, et in
facie sua cum dicit: omni
benedictione celesti.

Supplices te rogam⁹
ops de⁹: iube hec per=
ferri per manus sancti an
geli tui in sublime altare
tuum i cōspectu diuine ma
iestatis tue: vt quotquot
Hic erigēs se osculet alta=
re a dextris sacrificii dicēs
ex hac altarisparticipatio
ne sacrosanctum filii tui,
Hic faciat signū crucis su
per hostiam, dicens: cor ✠
pus. deinde super calicem,
dicens: et san ✠ guinem
sumpserim⁹: omni. Hic si
gnet se in faciem dicēs: be=
nedictione celesti et gratia
repleamur. Per eūdē christū
stum dominum nostrum.
Amen. Hic oret pro mortuis

Memento etiā dn̄e ani
mar famulor famu
larumq; tuarum N. et N.
Qui nos precesserunt cum
signo fidei, et dormiunt in
somno pacis. Ipsis dn̄e et
oibus in xp̄o quiescentib⁹
locum refrigerii lucis et pa
cis: vt indulgeas deprecā=
mur. Per eūdem christum
dominum nostrum. Amen.
Hic percutiat pect⁹ suum
semel, dicens:

Nobis quoq; pctōri=
bus famulis tuis de
multitudie miserationum
tuarum sperantibus par=
tem aliquā in societatē do=
nare digneris cū tuis san=
ctis apostolis et martyrib⁹:
cum Johanne Stephano,
Mathia, Barnaba, Igna
cio, Alexādro Marcellino,
Petro, Felicitate, Perpe=
tua, Agatha, Lucia, Agne=
te, Cecilia, Anastasia. Et
cū oib⁹ sanctis tuis: intra
quorum nos consortiū nō
estimator meriti: sed venie
quesumus largitor admit=

te. Per christum dominum
nostrum. Non dicit Amē.
Per quem hec omnia do=
mine semper bona creas.
Hic ter signet calicem di=
cēs. sancti ✠ ficas: uiui ✠
ficas: bene ✠ dicis & pre=
stas nobis. Hic discoope=
riat calicem & faciat signa
culum crucis cum hostia
quinquies primo ultra ca
licem ex utraq; parte illiꝰ
calicis. secūdo calici equa=
le. tertio infra calicē. quar
to sicut primo. quinto an=
te calicem per ip ✠ sum et
cum ip ✠ so: & in ip ✠ so est
tibi deo patri omnipo ✠ tē
ti in unitate spūs ✠ san=
cti omnis honor et gloria.
Hic cooperiat sacerdos ca
licem et teneat manus su=
as super altare usq; dum
dicitur. Pater noster pꝫ
P Er omnia se=
cula seculorum Amē
Oremus. Preceptis salu=
taribus moniti et diuina
institutione formati aude=
mus dicere. Hic accipiat
dyaconꝰ patenā: eāq; a dex
tris sac. extēto brachio in
altū usq; Da ppiciꝰ. dis=
coopta teneat. Hic eleuet
sac. manꝰ dicēs. P ater nr̄ q̄
es in celis sctificet nomen
tuū. Adueniat regnū tuū.
Fiat volūtas tua sicut in
celo & in terra. Panē nr̄m
quotidianū da nobis ho=
die. Et dimitte nobis de=
bita nostra sicut & nos di=
mittimus debitoribus no=
stris. Et ne nos inducas i
tentationē. Chorus dicat.
Sed libera nos a malo. Sa
cerdos priuatim Amen.
L Ibera nos q̄s dn̄e ab
oibus malis pteritis
pñtibus et futuris: et inter=
cedente btā et gl'iosa sem=
perq; virgine dei genitrice
maria: et btis apl'is tuis
petro et paulo atq; andrea
cū oibus sctis. Hic cōmit=
tat diaco. pate. sac. deoscu
lans manum eius & sacer.
deosculet pate. postea po=
nat ad sinistrū oculū: de=
inde ad dextrū postea fa=
ciat crucem cum patena ul
tra caput: et tunc reponat
eam in locum suum dicēs.
D A ppiciꝰ pacē i die=
bus nostris: ut ope
mie tue adiuti: et a pecca=
to scimus semper liberi et
ab oi pturbatione securi.

Hic discooperiat calicē et sumat corpus cū inclina-tione trāsponēs in cōcauitate calicis retinēdo inter pollices et indices: frāgat in tres ptes: pma fractio dū dr

Per eūdē. do.no.ie. x. fi.t. secūda fractio **Qui te.vi. et reg. in vni. spūs. s. de'.** Hic teneat duas fracturas in sinistra manu et tertiam fracturā dextera manu in sūmitate calicis: ita di. apta vo.

Per oia secula sclo. Chorus respondeat **Amē.** Hic faciat tres cru. intra calicē cū tertia pte hostie dicendo.

Pax dñi. ✠ sit sem ✠ per vo ✠ biscū. Chorus. **Et cū spiritu tuo.** Ad **Agn' dei.** dicēdū accedant diaco. et subdiac. ad sacer. vterq a dextri: dyaco propior: subdia. remotior: et dicant priuatim.

Agnus dei q tollis pctā mūdi miserē nobis. Agn' dei q tollis pctā mūdi miserere nobis. Agn' dei q tollis pctā mūdi dona nobis pacem. In missis pro defunctis dicit hoc modo.

Agnus dei q tollis peccata mundi dona eis requiem. [illegible]

ditione in tertia, repetitione **sempiternā** hec cruce signando deponat dictā tertiam ptem hostie in sacramentum sanguinis sic dicendo.

Hec sacro ✠ sctā cōmixtio corpis et sanguinis dñi nostri iesu xpi fiat mihi: omibusq sumentib' salus mentis et corporis et ad vitā eternā pmerendā et capessendā pparatio salutaris. Per eūd x. dñz nrz Amē. Antequā pax detur dicat sacerdos.

Domine scte pr ops eterne deus: da mihi hoc sacrosctm corp' et sanguinē filii tui dñi nri iesu xpi ita digne sumere: vt merear p hoc remissionē oim pctōz meoz accipere: et tuo sctō spū repleri: et pacē tuā habere: qz tu es deus solus: et pter te nō est ali': cuius regnū et impiū gl'iosum sine fine pmanet in scl'a sclo. Amē. Hic osculet sacerdos corporalia in dextra parte et summitatem calicis: et postea dyaconus dicens.

Pax tibi et ecclesie dei. Responsio. **Et cū spiritu tuo** Dyaco. a dextris sacerd. ab

eo pacem recipiat: et sub-dyac. porrigat. Deinde ad gradum chori ipse dyacon᷒. pacē portet rectoribus chori: et ipsi pacē cho. portent vtreq̧ sue parti incipien᷒. a maioribus In fest. vero et fer. qn̄ cho. nō regit: par a dyaco. choro apportatur per duos extremos de scda forma: cetera sicut prius. Post pacem datam dicat sacerd. orationē seqn. priuati anq̄ se cōmunicet: tenēdo hostiā duab⁹ manib⁹

Deus pater fons et origo totius bonitatis: qui ductus mia vnigenitum tuū pro nobis ad infima mundi descendere: et carnem sumere voluisti quem ego indignus hic in manibus meis teneo. Hic inclinet se sacer. ad hostiā dicendo. Te adoro teq̧ glorifico: et tota mentis ac cordis intentione laudo et p̄cor: vt nos famulos tuos nō deseras sed peccata nostra dimittas: quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire valeamus. Per xp̄m dominū nostrum. Amen.

Domine iesu christe fili dei viui: qui ex voluntate patris cooperāte spū sctō per mortē tuā mundū viuificasti: libera me q̄so per hoc sacrosctm̄ corp⁹ et hūc sanguinē tuū a cūctis iniq̄tatibus meis ⁊ ab vniuersis malis: ⁊ fac me tuis semp obedire mādatis, et a te nūq̄ imperpetuum separari permittas saluator mūdi Qui cū deo patre et eodē spū sctō viuis et regnas de⁹. Per oīa secula seculorum. Amen.

Corporis ⁊ sanguinis tui dn̄e iesu xp̄e sacramentū quod licet indignus accipio non sit mihi iudicio ⁊ cōdēnationi: sed tua prosit pietate corporis mei ⁊ anime saluti. Amen. Ad corpus dicat cū humiliatione anteq̄ recipiat.

Aue ineternū sctissima caro xp̄i mihi ante oīa ⁊ sup oīa summa dulcedo. Corpus dn̄i nr̄i iesu xp̄i: sit mihi pctōri via et vita. In nomine ✠ p̄ris ⁊ filii ⁊ spūs scti. Amē. Hic sumat corp⁹ cruce pri⁹ facta cū ipso corpore an̄ os. Deinde ad sanguinem

guine cū magna deuotiōe di. Hec in eternū celestis potus mihi añ oīa ₇ super oīa summa dulcedo corp⁹ et sanguis dñi nr̄i iesu xp̄i prosit mihi pctōri ad remedium sempiternū in vita₃ eternam. Amē. In noīe patris ₇c. Hic sumat sanguinem: qua sumpto inclinet se sacerd: ₇ dicat oratione.

Gratias tibi ago dñe scte pater oīps eterne deus: qui me refecisti de sacratissimo corpore et sanguine filii tui dñi nr̄i iesu xp̄i ₇ pcor: vt hoc sacramētum salutis nr̄e qd sumpsi indignus pctōr nō veniat mihi ad iudicium, neq₃ ad condemnationē pro meritis meis, sed ad perfectum corporis mei et aīe salutē in vitam eternam. Amen.

Qua dicta eat sacerdos ad dextrū cornu altaris cum calice inter manus digitis adhuc coniūctis sicut pri⁹ et accedat subdyacō. ₇ effūdat in calicē vinū et vellicet sacerd. manus suas ne aliquę reliquie corporis ₇ sanguinis remaneant in digitis vel ī calice. Cū ꝟo aliqs sacer. debeat bis celebrare in vno die: tunc ad primā missam nō debet pcipere ablutionē vllam: sed ponere in sacrario vel in vase mundo vsq₃ in fine alteri⁹ misse: et tūc sumat vtraq₃ ablutio. Post p̄mā ablutionē di. hec Oratio.

Quod ore sumpsim⁹ dñe pura mente capiamus ₇ de munere tpali fiat nobis remediū sempiternum. Hic lauet digitos in concauitate calicis cum vino infuso a subdia. quo hausto sequitur Oratio.

Et nos ꝯmunio dñe purget a crimine: et celestis remedii faciat esse consortes. Post pceptionē ablutionū ponat sacrā calicē sup patenā: vt si quid remaneat stillet: et postea inclinando se dicat Adoremus crucis signaculū p qd salutis sūpsim⁹ sacramētū. Deinde lauet man⁹ dyac. interi₃ corpalia ꝯplicet. Ablutis manib⁹ ₇ redeūte sacerdote ad dextrū cornu altar: dyaconus calicē porrigat ori sacer. si qd infusionis in eo remanserit

resumendū. Postea vero dicat cū suis ministris cōiōnē. Deīde facto signo crucis ī facie vtat se sacer. ad ppl'z: eleuatisq₃ aliquātulū brachiis ꝛ iūctis māib⁹ dicat. **Dñs vobiscū.** iterū₃ reuertēs se ad altare dicat **Orem⁹.** Deīde dicat postcōionē iuxta numer₃ et ordinē añ dictar₃ orōnū ante ep'la₃: Finita vltima postcōio. factoq₃ signo crucis ī frōte iterū vtat se sac. ad ppl'z: ꝛ dicat **Dñs vobiscū** Deinde dyacon⁹ **Bñdicamus dño.** Alio vero tpe dr₃ **Ite missa ē.** Quotiēscūq₃ eni dr₃ **Ite missa est.** semp dr₃ ad ppl'm cōuertendo. Et cū dici debeat **Bñdicam⁹ dño.** vel **Requiescāt in pace.** Cōuertēdo ad altare dicit **Bñdicamus do.** His dictis sac. īclinato corpe iūctisq₃ manib⁹ tacita voce corā altari ī medio. di. hāc orōnē.

Placeat tibi scā trinitas obsequiū seruitutis mee et presta: vt hoc sacrificiū quod oculis tue maiestatis indignus obtuli tibi sit acceptabile: mihiq₃ et omnibus pro q̄bus illud obtuli: sit te miserāte propiciabile. Qui vi. et regn. deus Per oia scl'a seculorum Amen. Qua finita: erigat se sacerdō. signās se in facie sua: dicens. **In noie pris.** ꝛc. Et sic inclinatiōe facta eo ordine quo prius accesserūt ad altare in principio misse sic induti cū cerofera. et ceter̄ ministris redeant. Et statim post **Deo grās.** incipiatur in choro hora nona: quā̄ post missam dicit. Sacer. vō in redeundo dicat euāgelium. **In pncipio.** cū vō sacerdos exuerit casulā et alia indumenta sacerdotalia dicat pos. subscriptos cū ān. **Trium pueror₃.** ps. **Bñdicite sacerdotes.** vsq₃ ad finē canti. ps. **Laudate dñm in sanctis eius.** totus ps. **Nunc dimittis seruū.** cū **Glia pri.** et **Sicut erat** Deinde dicitur tota aña. **Trium pueror₃ cantemus hymnū quē cantabant in camino ignis, bñdicentes dñm Kyri el. Xpe el. Kyrie el. Pater nost. Et ne nos. Bñdicamus patrē ꝛ filiū cū scō spū. Laudemus et**

superexaltem⁹ cū in secl'a. Bn̄dictus es dn̄e in firmamento celi. Et laudabilis et gl'iosus i secl'a. Bn̄dicat et custodiat nos trinitas sancta. Amen. Non intres in iudiciū cū seruo tuo domine. Q; nō iustificabit i cōspectu tuo om̄is viuēs. Dn̄e deus virtutū conuerte nos. Et ostēde faciē tuā et salui erimus. Dn̄e exaudi Et clamor. Dn̄s vobiscū. Et cū spi. Oremus. Oro.

DEus q̄ trib⁹ pueris mitigasti flammas igniū: concede ꝓpicius: vt nos famulos tuos nō exurat flamma viciorꝫ. Oro

URe igne scti spirit⁹ renes nr̄os ⁊ cor nostrū dn̄e: vt tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeamus. Oratio.

ACtiones nostras q̄s dn̄e aspirando preueni ⁊ adiuuādo prosequere: vt cuncta nostra operatio et a te semper incipiat, et per te cepta finiatur. Et finiantur he tres orationes sic Per christum dn̄m nr̄m. Amē. ¶ In cōmemor. sancte trinitatis officium.

BEnedicta sit sācta trinitas/atq; īdiuisa vnitas cōfitebimur ei q̄a fecit nobiscū miam suā. In tpe pasc. Alla all'. ℣. Bn̄dicam⁹ patrē ⁊ filiū cū sctō spū. Oro.

OMp̄s sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potētia maiestatis adorare vnitatem: q̄s vt eiusdem fidei firmitate, ab oibus semꝑ muniamur aduersis. Qui vi. et reg. deus. Ad rom. xi.

OAltitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius? Quis eni cognouit sensum dn̄i: aut q̄s cōsiliarius ei⁹ est? Aut quis prior dedit illi: et retribuetur ei? Q̄m ex ipo ⁊ per ipm ⁊ in ipo sunt oia ipi gl'ia in secl'a secl'orꝫ amē

ii. Ad corinthi. xiii.

FRatres. Gratia dn̄i nostri iesu christi et charitas dei et cōmunicatio scti spiritus sit semꝑ cum om

nibus vobis. In xp̄o iesu
dño nr̄o. Gr. Bñdictus es
dñe q̄ intueris abyssos ꝛ se-
des sup cherubin. ℣. Bñdi
cite deū celi qꝛ fecit nobis-
cū miaꝫ suā. Alla. ℣. Bñdi
ctus es dñe de⁹ patrū nr̄oꝝ
et laudabilis in scl'a. Alla.
℣. Laudate pueri dñm lau
date nomē dñi. Sit nomē
dñi benedictū ex hoc nūc ꝛ
vsqꝫ in seculū. Sequētia.

Benedicta sit sctā tri
nitas deitas eterna,
coequalis gloria. Deus ge
nitor natus genitus cū sa-
cro pneumate pmanēs su-
per oĩne quod extat. Qui-
bus est vna semper volū-
tas et a se discrepās haud
vnq̄ triplicata psona. Nā
constat deitas vna non in
tres deos diuisa quod fi-
des fatetur a christo ortho
doxe dedita. Hec nanqꝫ pel
lit delicta patriā reddit se-
renam: quā dulcē iubilant
agmina simphoniā celica.
Alti throni vestigia imitā
tur stolis candidata. Ope
riūturqꝫ binas q̄s captant
post secli discrimina. Et
nos quos illustrat gratia
supera demus nostra debi
ta. Quatenus caterua no-
bis celica maneat: post fu-
nera socia vltimoqꝫ pera-
cto discrimine petimus al
tis perfrui mox pallaciis.
Quo pspicua lux flagrat
accensa constanti flamma
que deus est visio nostra ꝛ
salus eterna. Angeloꝝ que
illustrat fortiter pectora:
vt in xp̄o solo sua defigāt
lumina. Hec nanqꝫ est illa
sitis flagrās quā tunc si-
tient anime sanctoꝝ ꝛ cor-
pora. Cū finitur data per-
petua bonis pro eis a iudi
ce pmia. Scdm iohēm. xv.

In illo tēpore. Dixit
iesus discipulis suis
Cū venerit paraclet⁹, quē
ego mittā vobis a pr̄e: spi
ritū veritatis q̄ a pr̄e procedit:
ille testimoniū phibebit de
me. Et vos testimoniū p-
hibebitis: qꝛ ab initio me-
cum estis. Hec locutus suꝫ
vobis: vt nō scādalizemi-
ni. Absqꝫ synagogis faciēt
vos. Sꝫ venit hora: vt oĩs
q̄ interficiet vos: arbitret
obsequiū se pstare deo. Et
hec faciēt vobis: qꝛ nō no-
uerūt patrē neqꝫ me. Sed
hec locutus sum vobis: vt

cu venerit hora eor remi-niscamini qa ego dixi vobis. Offe. Bndict9 de9 pater vnigenitusq dei filius sctus quoq spus: qa fecit nobiscu miam suam. In pascha tpe all'a. Secreta.

SAnctifica qs dne de9 trinitas scta per tui scti nois inuocatione huius oblationis hostia z cooperante spuscto: per eam nosmetipos tibi pfice munus etnu. Qui vi. In vni. eiusd. Prefatio. Qui cum vnigenito. Coio. Bndicimus deu celi. & cora oibus viuetibus cofitebimur ei: qz fecit nobiscu miam sua In tpe pas. all'a all'. Post coio.

PRoficiat nobis ad salute corpis & aie dne de9 huius sacramenti susceptio, z sempiterne scte trinitatis: eiusdemq indiuidue vnitatis cofessio. In q vi. & reg. de9

¶ In comemora. scti spus.

SPus dni repleuit orbe terraru all'a: et hoc qd cotinet oia scientia habet vocis all'a all'. all'. Ps. Exurgat de9 & dissipent inimici eius: et fugiat q oderut eum a facie eius. Oratio.

DEus q corda fideliu scti spus illustratoe docuisti da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semp cosolatioe gaudere. Per. In vni. eiusde.

¶ Lectio actuu aplor. viii.

IN diebus illis Cum audissent apl'i q erat hierosolymis: qz recepisset samaria verbu dei: miserunt ad eos petru et iohanem. Qui cu venisset orauerut pro ipsis vt acciperent spm sctm. Nodu em in quequa illor venerat sed baptizati tm erant in noie dni iesu. Tunc imponebat man9 sup illos et accipiebat spm sctm. Grad. Bta gens cuius est dns de9 eor ppl's que elegit in hereditate sibi. V. Uerbo dni celi firmati sunt et spu oris eius ois virtus eor. All'a. V. Ueni sancte spus reple tuoru corda fideliu: et tui amoris in eis igne accende In tpe paschal. pmu all'a. V. Emitte spm. scdm all'a V. Ueni scte. vts. Sequn.

Sancti spūs assit nobis gr̃a. Que corda nr̃a sibi faciat habitacula Expulsis inde cunctis viciis spiritalibus. Spūs alme illustrator omniū. Horridas nostre mentis purga tenebras. Amator sctē sensator semp cogitatuū. Infunde vnctionē tuā clemens nostris sensib9. Tu purificator oim flagitiorꝫ spūs. Purifica nr̃i oculū interioris hoīs. Ut videri supremus genitor possit a nobis. Mundi cordis quē soli cernere possint ocl̃i: pphetas tu inspirasti: vt p̄conia xp̄i p totū mūdū veherēt. Qn̄ machinā p verbū suū fecit de9 celi terre mariū. Tu sup aquas fotur9 eas numen tuū expandisti spūs. Tu aiab9 viuificādis aq̃s fecūdas. Tu aspirando das spiritales esse hoies. Tu diuisas per linguas mūdū & rit9 adunasti dn̄e. Idolatras ad cultū dei reuocas magistrorꝫ optie. Ergo nos supplicātes tibi exaudi ppici9 sctē spūs. Sine quo oēs p̄ces casse credunt & indigne dei auribus. Tu qui oim seculorum sctōs. Tui nois docuisti instructu amplectēdo spiritus. Ipse hodie apostolos christe: donans munere insolito: & cunctis inaudito seculis hunc diem gloriosum fecisti. Secundum iohannem. xiiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonem meū seruabit. Et pater meus diliget eū: et ad eum veniemus & māsionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me sermones meos non seruat. Et sermonē quē audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Paracletus aūt spiritussctūs quem mittet pater in nomie meo: ille vos docebit omnia: & suggeret vobis omnia quecūq dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacem meā do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis. Nō turbetur cor vestrum neq formidet. Audistis q ego dixi vobis: vado et venio

ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq₃ quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cum factū fuerit credatis. Iā₃ nō multa loquar vobiscū. Uenit eīm princeps mūdi huius: et in me non habet quicq̄. Sed vt cognoscat mūdus quia diligo patrē et sicut mādatū dedit mihi pater: sic facio. Offer. Cōfirma hoc deus q̄ operatus es i nobis a templo tuo quod est in hierusalē: tibi offerent reges munera alleluya. Secreta.

Munera quesum⁹ domine oblata sanctifica: et corda nostra sancti spūs illustratione emunda. Per eundem. In vnitate eiusd. Prefatio Qui ascendens. Non dr in hac pfa Hodierna die. nisi in ebdo. penthe. etc. Com. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis: vbi erant sedentes alla: et repleti sunt oēs spiritu sancto loquētes magnalia dei alleluya alleluya. Post communio

Sancti spūs dn̄e corda nostra mūdet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dn̄m. In vnitate eiusdem.

¶ Missa de cruce. Offm.

Nos autem gloriari oportet in cruce dn̄i nostri iesu xp̄i: in quo est salus, vita, & resurrectio nr̄a: per quem saluati et liberati sumus. In tempore paschali. alla alla. Ps. Deus misereatur nostri et bn̄dicat nobis: illuminet vultū suū super nos: & misereatur nr̄i. Non dr Gloria in excelsis. Oro

Deus qui vnigeniti filii tui dn̄i nr̄i iesu christi p̄cioso sanguine viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti: concede quesum⁹ eos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore tua quoq₃ vbiq₃ protectione gaudere. Per eūdem. Ad philippenses. ii.

Fratres. Xp̄s factus est p̄ nobis obediēs vsq₃ ad mortē: mortē autē crucis. Propter qd et deus exaltauit illum: et donauit

illi nomē qd est sup omne nomē: vt in noie iesu omne genu flectat celestiū terrestrium et infernoꝝ. Et ois lingua cōfiteat qa dn̄s nr̄ iesus xp̄s: i gl'ia est dei patris Gr. Xp̄us factus est pro nobis obediēs vsq3 ad mortē. mortē aūt crucis. V. Propter qd et de⁹ exaltauit illū: et dedit illi nomen qd est sup oīne nomē. All'. V. Dulce lignū dulces clauos: dulcia ferēs pondera. q̄ sola fuisti digna sustinere regē celoꝝ et dn̄m. In tēpore pasch. scdm All'a. V⁹. Nos autē gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi. Sequentia.

Salue crux scā arbor digna Cuius robur pciosu3 mūdi fert talentū Ut hostis p lignū victor ligno reuinceret. Quoq3 exortus mortis p̄mis erat terrigenis paradiso ppulsis Causa etiā vite foret cunctis xp̄i vite mortevere viuificādis. Horrificū tu es semp lignū inimicis crux scā seuis, Quā mors pauet: infernusq3 timet: que xp̄o suo recōsignans. Cui laus sit in euū. Secūdum

In illo tp̄e (math. xx. Ascendēs iesus hierosolymā: assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascēdimus hierosolymā: et filius hois tradet p̄ncipib⁹ sacerdotū et scribis: et cōdēnabūt eū morte. Et tradent eū gentibus ad illudēdum: et flagellādū: et crucifigendū. Et tertia die resurget. Offr. Protege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidiis inimicoꝝ omniū: vt tibi gratā exhibeamus seruitutē et acceptabile tibi fiat sacrificiū nostrum. In tempore paschal alleluya. Secreta.

Hec oblatio q̄s domine ab omnibus nos purget offensis: q̄ in ara crucis immolata etiam totius mundi tulit offensas. Per dn̄m Prefatio. Qui salutem. Coio. Per lignū serui facti sumus: et p sanctam crucē liberati sumus fruct⁹ arboris seduxit nos: filius dei redemit nos all'. et finiatur cū all'a. gn̄cūq3

hi infra lxx. vsq ad pasc. Adesto [Postcōio.] nobis dñe deus noster: et quos scte crucis letari facis honore eius quoq perpetuis defende subsidiis. Per dñm. [Officium misse de quinq vulnerib' dñi nri iesu xpi. Officium]



Humiliauit semetipsuz dñs nr iesu' christ' vsq ad morte morte aut crucis propter qd et de' exaltauit illu: et donauit illi nomen: quod est sup oe nomen. [ps.] Mias dñi ineternu cātabo. [Et di] Glia in excelsis. [nisi p aduētu et a lxx. vsq ad pascha. Orō.]

Domine iesu xpe fili dei viui: qui de celo ad terrā de sinu pris descendisti: et in ligno crucis quinq plagas sustinuisti: et sanguinē tuu pciosu in remissionē pctōru nrorum effudisti: te huiliter deprecamur vt in die iudicii ad dexteram tuā statuti, a te audire mereamur. Venite bndicti in regnū pris mei. Qui cū eodē patre in vnitate spūscti vi. et reg. de' p oia.

[Lctō zacharie pphete. xii.]

Hec dicit domin' de'. Effundā de spū meo sup domū dauid et sup habitatores hierl'z spm gre et miserationis: et aspicient in eū quē confixerūt: et plangent eū plāctu quasi vnigenitū et dolebunt sup eū: vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa erit plāctus magn' in hierl'm: et dicetur ei. Que sunt iste plage i medio manuū tuarum? Et dicet eis. His plagatus sum in domo eorū q me diligebāt. Framea suscitare sup pastorē meū: et super virū coherentē mihi dicit dñs exercituū. Percutiā pastorē et dispergentur oues gregis. Dicit dominus exercituū. [Gr.] Improperium expectauit cor meum et miseriam: et sustinui qui simul contristaretur et non fuit: consolātem me quesiui: et nō inueni. [V.] Et dederunt in escā meā fel: et in siti mea potauerūt me aceto. All'a. [V.] Aue rex nr iesu xpe: q sol' nros errorū et reatus mise=

ratus ꝑtulisti pr̄i obediēs duct⁹ es ad crucē vt agn⁹ mā̄suetus ad occisionē ti= bi glr̄ia osanna tibi sū̄me laudis ⁊ honestatꝫ chorea.

Cenā cū̄ (frequentia discipl'is xp̄e celebra sti: ⁊ morte aplis palā nū= ciasti: ⁊ auctorē scelerꝫ iu= dam demonstrasti: ⁊ egres= sus ꝓtinus ortuluȝ intra= sti. Tūc procedēs dn̄s hu= mo se ꝓstrauit: ⁊ trāsferri calicē a se postulauit: sȝ pa tris arbitrio illud cōmēda uit: mox et ecce sanguis su dor emanauit. Judas post hoc osculū ori dedit xp̄i: vt q̄d inq̄d dn̄s amice venisti nūquid tradis osculo quē iam vendidisti? assistētes protinus irruūt ministri. Nox in sommis itaqȝ tota ducebāt: nulla prorsus re= quies iesu p̄stabat: magi= strorum impia plebs iniuriat alapis ⁊ colaphis innocēs mactat. Dū iesum eripere pylatus conat: iudeorum fu= ria magis inflammat: et plebis vox intonat vt cru cifigatur. Traditur mili= tibus vinculis artat: vn= diqȝ vberib⁹ corpus cruē= tatur: caput regis gl'ie spi nis coronat: postqȝ flexis genib⁹ q̄sq̄s irritat. Ecce caro tenera pii saluatoris ad colū̄nā nect̄er coarctat loris: sic flagellis ceditur impii tortoris: qȝ emanant riuuli rubei cruoris. Post per vrbis mediū iesus p= cedebat: et crucis patibu= lum humeris ferebat: ad fores ⁊ ostia populus flue= bat: eiusqȝ confusio oibus patebat. Ad pudoris cumu lum iesus denudaris: ⁊ vē= to frigoreqȝ nudus spolia= ris innocens cū impiis in cruce dānaris: ⁊ quasi dux scelerꝫ in medio locarꝫ. Tē= sis ligno brachiis manus conclauātur: corporis mē= bra singula clauis tracta= bantur: nerui vene simili modo laniantur: pedū plā= te etiam ferro conclauant. Fundūt riuos sanguinis membra saluatoris: ꝓpe= ret huc aīa tristis pctōris: hauriat vt quippiam sa= crati liquoris: quo frequē= ter liniat vulnera doloris. Loquens iesus postea si= tio dicebat: et acetum pro= tinus felle commiscebat:

ac infusuz spongia ori por-
rigebat qd degustans pau
luluz sumere nolebat. Mi
iesu mirifice quod est qd
agebas: tu de siti conque-
rens de cruce silebas: nun-
quid haud doloribus ma-
gis sitiebas. sed salute po-
tius nostrã sitiebas. Vocẽ
promens vltimã patrẽ in-
uocasti: spmqz manib⁹ ei⁹
cõmendasti: et cla uoce va
lido tandem expirasti: et sa
lutem oim ita consumma-
sti. Nunc ego superbio tu
humiliaris: et ego culpas
perpetro tu pena grauaris.
Ego pomũ mordeo tu fel-
le potaris: ego peto mollia
tu dure tractaris. Demuz
cuius valeat mens vel lin
gua fari: quantũ virgo cre-
ditur intus cruciari: dum
cõcernit mortui latus vul
nerari atqz nati viscera lã
cea rimari. Corpus cuius
mortuũ iam nil sentiebat:
sed militis lancea pectus
conscindebat: quã fixam
in latere filii videbat: vñ
aqua sanguie mixta efflue
bat. Ad hunc ergo propera
fontẽ redemptoris: vt fluẽ
tis quippiã haurias dulco
ris: atqz vite lauacrũ pciũ
cruoris: quo tui curatio p-
fluat languoris. Tractus.

Iudica me deus et di
scerne causaz meam
de gente non sctã: ab hoie
iniquo et doloso erue me.
Quia tu es deus fortitu-
do mea quare me repulisti
et quare tristis incedo, dũ
affligit me inimicus.
Testes enim iniqui insur
rexerunt aduersum me: et
mentita est iniquitas sibi.
Supra dorsuz meũ fabri-
cauerũt pctõres prolonga
uerũt iniquitatem suam.
Ipsi vero cõsideraueruñt
et inspexerunt me: diuise-
runt sibi vestimẽta mea: et
super vestem meam mise-
runt sortem.
Foderũt man⁹ meas et pe
des meos et dinũerauerunt
oia ossa mea: et dolorẽ sup
dolorẽ vulnerib⁹ meis ad-
diderũt. Sedm iohan. xix.

In illo tpe. Presciẽs
iesus qa iam oĩa con
summata erant de ipso vt
cõsummaret scriptura di-
xit. Sitio. Vas ergo erat
positũ aceto plenũ. Illi au
tem spongiã plenam aceto

yſopo circūponentes obtulerūt ori eiꝰ. Et cū accepiſſet ieſus acetum dixit. Cōſūmatū eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritū. Iudei ergo qm̄ paraſceue erat vt non remanerent in cruce corpa ſabbato (erat em̄ magnꝰ dies ille ſabbati) rogauerūt pylatum vt frāgerent eorū crura: ⁊ tollerent. Venerūt ergo milites: et primi quidē fregerūt crura ⁊ alterius q̄ crucifixus eſt cū eo. Ad ieſum autem cū veniſſent vt viderunt eū iam mortuū: non fregerūt eius crura. Sed vnus militū lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et q̄ vidit teſtimoniū perhibuit: ⁊ verū eſt teſtimoniū eius. Offer. Inſurrexerūt ī me teſtes iniq̄ abſq̄ mia: q̄ſierūt me interficere ⁊ nō pepercerūt in faciē meam ſpuere: ⁊ lanceis ſuis vulnerauerunt me: ⁊ concuſſa ſunt oia oſſa mea. Secre.

Domine ieſu chriſte q̄ pro mūdi redemptione crucis lignū aſcendiſti vt vniuerſus mūdus q̄ in tenebris erat illūinaretur: illā q̄s lucē in aīas nr̄as et corpa infunde: per quā ad eternā lucē peruenire mereamur. Qui cū prē ⁊ ſpū ſctō vi. Prefa. Quiſa. Cōio. Foderūt manus meas et pedes meos: et dinumerauerūt oia oſſa mea.

Domine ieſu xp̄e qui hora diei ſexta p redēptione mundi crucis patibulū aſcēdiſti: et ſanguinē tuū p̄cioſū in remiſſionē pctōr nr̄or fudiſti: te humiliter deprecamur vt p tue paſſionis et vulnerū tuor merita poſt obitū nr̄m paradiſi ianuā gaudenter mereamur introire. Qui cū deo patre et ſpiritu ſancto viui. Poſtcō.

Miſſa quotidiana de btā maria virgine. Officium.



Salue ſancta parens enixa puerpera regē: q̄ celū terramq̄ regit in ſecula ſeculorum. In tpe paſcha. alla. Ps. Bn̄dicta tu in mulieribꝰ: ⁊ bn̄dictus fructus ventris tui. Oratio.

Concede nos famu-

los tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia: et eterna perfrui leticia. Per dominum. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiii.

Ab initio et ante secula creata sum: et usque ad futurum seculum non desinam: et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata similiter requieui: et in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius et in plenitudine sanctorum detentio mea. Gr. Benedicta et venerabilis es virgo maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Sciendum est quod si in tempore pasc. fiat de festo annunci. beate marie in capel. erit primum Alle. V. Per te dei ge. et secundum Alle. V. Aue maria. Item in die assumptionis beate mar. et infra oct. et in oct. die Alle. V. Hodie maria virgo. in cho. et in capel. per. oct. Alle. V. Assumpta est. in cho. et in capel. Item in nati. beate marie. et infra oct. et in oct. die. Alle. V. Natiuitas gloriose in cho. et in capel. et per oct. Alle. V. Per te dei ge. in choro et in capel. ¶ Sciendum est quod a purificat. usque ad lxx. et a Deus omnium usque ad aduentum domini: quando fit plenum seruitium de sancta maria quecumque fer. contigerit semper dicitur sequens Alle. V. Salue virgo mater dei templum sancti spiritus: que sola vocari digne meruisti regina celorum et domina. nisi in tempore pascha. tunc enim semper erit primum Alle. V. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data, que de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorem. et secundum Alle quando fit plenum serui. de resurre. sicut in alio festo cum regimine chori. dicitur sequens ad placitum. In capel. autem in Alle. V. Per te dei ge. in. vo Alle. diuersimode dicitur per totam ebd. videlicet die dominica Alle. V. Obtine sacris precibus pia dei genitrix ve-

niam delictoꝝ tuis supplicibus. Fer.ii. All'. ℣. Post partū ℣go inuiolata pmā sisti dei genitrix intercede pro nobis. Fer.iii. All'a. ℣. Ora pro nobis pia virgo maria vnde xp̄s nat⁹ est p nobis pctōribus ora. Fer. iiii. All'a. ℣. Uirtutes celi te venerātur virgo maria tuū vnigenitū cōtemplātes ad dexterā dei p̄ris in ptāte et maiestate magna. Fer. v. All'a. ℣. Ueni electa mea ꝛ ponā te in thronum meū: qꝛ cōcupiuit rex speciem tuā. Fer. vi. All'a. ℣. Salue ℣go. Sabbō. All'a. ℣. Uirga iesse floruit: ℣go deū ꝛ hoiem genuit pacem de⁹ reddidit: i se recōsiliās ima sūmis. Ista. vii. all'a. dicūr in capella btē marie a purif. vsqꝫ ad adue. do. extra lxx. vsqꝫ ad pasc. nisi qꝫ extra tp̄s pasc i loco illius All'a. ℣. Post ptū. ℣. All'a. ℣. Per te dei geū. btē. ꝛ excepꝰ p̄nominaꝰ. Stiꝰ i tpe paſ qñ celebraꝰ missa de. s. maꝰ. sine nota vel pꝰ nisi sm sit mēo. tūc pmū All'. erit. ℣. Per te dei ge. ꝛ scōs All'a. ℣. Post partum. In ebd. pas. etiā dr grad. Bñdicta ꝛ vene. ad missā quotidianā de scā maria vsqꝫ ad sab. et non in ipso sab. Sequētia dr ꝑ totū annū ad placitum. Sequentia.

Post ptū ℣go maria. Dei genitrix fecūda gratis tonātia plena. Aue terraꝝ dña alma celorum regina. Tibi ethera oīsqꝫ sanctorū turma deprōmat simphonia. Tellus flumina atqꝫ siluarū nemora resultēt voce sua. Salue parens inclyta felix puerpera. Per te lux et vitas mūdo est edita. Tu iesum papilla lactasti sacra: extans virgo feta mater intacta. Unde nr̄is eya faue votis dña xp̄m interpellans pro salute hūana. Per te mater aboleri filiorū flagitemus crimina. Nosqꝫ omnes introduci sempiterna paradisi gaudia. Quo ꝑennis vite ꝑfruamur gloria. Sequentia.

Aue maria gr̄a plena Dñs tecum virgo serena. Benedicta tu in mulieribus. Que peperisti pacē hōibus ꝛ angelis glo

riam. Et bn̄dictus fructus ventris tui. Qui coheredes vt essemus sui nos fecit p gratiaȝ. Per hoc aūt aue: mundo tam suaue: contra carnis iura. Genuisti pro= lem nouum stella: solē no= ua genitura. Tu parui ⁊ magni leonis ⁊ agni salua toris: xp̄i templum extiti= sti, sed virgo intacta. Tu floris ⁊ roris: panis ⁊ pa= storis v̄ginū regina: rosa sine spina genitrix es fc̄tā. Tu ciuitas regis iusticie. Tu mr̄ es mie. Theophi= lum reformās gr̄e. De la= cu fecis et miserie. Ergo maris stella v̄bi dei cella ⁊ solis aurora paradisi por ta p quā lux est orta natū tuū ora. Nos vt abluat a pctis: et in regno clarita= tis: qui lux lucet sedula. Collocet per secula. amen.

Letabūd⁹ (Seq̄ntia

Exultet fidelis chor⁹ all'a. Regem regū intacte profudit chorus res mirā da. Angelus consilii nat⁹ est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciēs stel= la semper rutilās: semper clara. Sicut sydus radiū profert virgo filium pari forma. Neqȝ sydus radio: neqȝ mater filio fit corru= pta: Cedrus alta libani, cō formatꝫ ysopo valle nostra Verbū ens altissimi corpo rari passuȝ est carne sūpta Isayas cecinit, synagoga meminit: nunq̄ tn̄ desinit esse ceca. Si nō suis vati= bus credat vel gentilibus sybillinis v̄sibus hec predi cta. Infelix propera. Crede vel vetera. Cur dānaberis gens misera? Quem docet littera. Natū ꝯsidera. Ipsȝ genuit puerpa. Alia seq̄n.

Hac clara die turma festiua dat preconia Mariā concrepando sim= phonia nectarea. Mundi domina que es sola castis= sima virginū regina. Sa= lutis causa vite porta atqȝ celi referta gratia. Nam ad illam sic nūcia olim fa= cta āgelica. Aue maria gra tia dei plena per secula. Mulieruȝ pia agmina in= tra semper benedicta. Vir go et grauida mr̄ intacta. ple gl'iosa. Cui cōtra ma= ria hec reddit famina. In me quō tua iā fient nūcia.

Viri noui nullaȝ certe copulam. Ex quo atq; nata suȝ incorrupta. Diua missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria Noua efferens gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra portas qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica. Alia seq̃ntia.

Ave mundi spes maria: aue mitis: aue pia: aue plena gratia. Aue virgo singularis: que per rubuȝ designaris: nõ passum incendia. Aue rosa spõsa: aue gesse virgula. Cuius fructus nostri luctus: relaxauit vincula. Aue cuius viscera contra carnis federa ediderũt filiũ. Aue carens simili mũdo diu flebili: repasti gaudium. Aue virginum lucerna: per quam fulsit lux superna: his quos vmbra tenuit. Aue virgo de q̃ nasci et de cuiꝰ lacte pasci rex celorum voluit. Aue gemma celi luminarium. Aue sancti spiritus sacrarium O q̃ mirabilis et q̃ laudabilis hec est virginitas. In qua per spirituȝ facta paracletum fulsit fecunditas. O q̃ sancta q̃ serena q̃ benigna q̃ amena eẽ virgo creditur. Per quam seruitus finitur porta celi aperitur: et libertas redditur. O castitatis lilium: tuum precare filium qui salus est humiliũ. Ne nos pro nostro vicio: in flebili iudicio subiiciat supplicio Sed nos tua sancta prece mundans a peccati fece. Collocet in lucis domo. Amen dicat omnis homo.

Alia seqūentia.

Hodierne lux diei celebris in matris dei agitur memoria. Decãtemus in hac die semper virginis marie laudes et preconia Omnis homo omni hora ipsam ora & implora eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto: cordis ore voce voto: aue plena gratia. Aue domina celorum: inexperta viri thorꝫ parẽs paris nescia. Fecundata sine viro genuisti more miro genitorem filia. Florẽs ortus austro flante porta clausa post & ante: via vi-

ris iuia. Fusa celi roze tellus fusum gedeonis vell⁹ deitatis pluuia. Salue splendoz firmamēti: tu caliginose menti: desuper irradia. Placa mare maris stella: ne inuoluat nos pcella et tempestas obuia.

In illo tē: (Luc. xi. Ipoze. Loquente iesu ad turbas extollens vocē quedam mulier de turba dixit illi. Beatus venter q te poztauit: et vbera q suxisti. At ille dixit. Quinimmo. Beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Aliud in tpe pascha. Secundū iohannem. xix.

In illo tpe. Stabant iuxta crucē iesu mat ei⁹ et sozoz matris ei⁹ maria cleophe: et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrē et discipuluz stātē quē diligebat: dixit matri sue. Mulier: ecce fili⁹ tu⁹. Deinde dixit discipulo ecce mr̄ tua. Et ex illa hoza: accepit eā discipulus i suā. Offr. Felix nāqz es sacra vgo maria et oi laude dignissima: qz ex te oztus ē sol iusticie xp̄s de⁹ nr̄ all'a. Et finiat cū all'a qūcunqz dz extra. lxx. vsqz ad pascha et nisi in vigilia assump. tantū. Secre.

Tua dn̄e ppitiatōe et beate marie sp vgi nis intercessione ad ppetuā atqz p̄sentē hec oblatio nobis pficiat psperitatē et pacē. Per. Pzefa. Et te in veneratione. Cōio. Beata viscera marie vginis q poztauerūt etni pr̄is filium. In tpe pasch. Cōio. Uera fides geniti purgauit crimina mundi et tibi vginitas iuiolata manet all'a. all'a. Post cōio.

Sumpt dn̄e salutis nr̄e subsidiis: da q̄s ei⁹ patrociniis nos vbiqz ptegi: in cuius veneratiōe hec tue obtulim⁹ maiestati. p. d. ¶ Missa p defūctis



Equiez etnam dona eis dn̄e: et lux ppetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votuz in hierusalem: exaudi ozationem meaz: ad te omnis caro veniet. ¶ Nota qd ad quamlibet missam quo

pro corpore presenti celeb. cuiuscunque fuerit: nisi fuerit pro rege: vel regina vel alio magno domino: ãnq; dicuntur orationes. Prima oratio **Omnipotens sempiterne deus miam tuam sup. depre. vt animam famuli.** ii. oro. **Deus qui inter apostolicos.** iii. oro. **Deus venie largitor.** iiii. oro. **Omnipotens et misericors deus vnica salus.** v. oro. **Fideliū.** Infra trigin. ãnq; dñr orões i. **Deus cui propriū.** minor. et cetere orationes vt supra pro corpore presenti. Item in. xiii. die omnes orationes dicuntur vt infra trigin. In omnibus anniuersariis quinq; dicuntur orationes. i. **Deus indulgentie.** cetere vt supra pro corpore presenti. Si missa pro corpore presenti vel anniuersarii cuiuscunq; fuerit infra trigi. celebret prima oro pro corpore pñti: vl' ãni. or. ii. p trigin. oro. **Deus cui ppri.** minor. iii. **De' qui int apo.** iiii. **De' venie largi.** v. **Fideliū.** qñcunq; corpus est pñs et in ãni. epor & decanor. ecclie postq̃ executor officii in inceptiõe miss. altare thurifi. diaconus cū thuri. accedat ad corpus illud in feretro vl' in tumba incēsat: sil'r añ euang. dū tr. canit incēsato pri' altari: et tcio postq̃ sacer. sacrificiū añ lotiões loco suo dispositū thuri. idē diaco: thuri. sicut prius nõ circūeūdo corpus in feretro vel tūba: sed ex vtraq; parte vtraq; vice incipiẽdo a capite semp cū thurifi. Nūq̃ eni thurificat corpus ad **Placebo.** vl' ad **Dirige.** sed; bñ facitū: sed ad missā semp: nisi fuerit corpus regis, epi, comitis, vl' baronis. Quotidie añ diẽ sepulture p corpore pñti cui' cūq; fuer. Oratio

DEus cui proprium est misereri semper et parcere: te supplices deprecamur pro anima famuli tui quã hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eã in manus inimici: nec obliuiscaris in finem: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi: atq; ad regionem viuorū pduci: vt q; i te sperauit

et credidit: sanctorum tuorum mereatur societate letari. Per. Pro coniuge presenti: et in anniuer. et trigin. epor: et in die anima rum tantum. Epistola. i. Ad thessalonicenses. iiii.

Fratres. Nolumus vos ignorare de dormientibus vt non contristemini: sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierũt per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sumus in aduẽtu domini nõ preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dñs in iussu: et in voce archãgeli: et in tuba dei descendet de celo et mortui qui in xpo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui derelinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam xpo in aera: et sic semper cum domino erimus. Itaque cõsolamini inuicem in verbis istis. In anniuer. et trigin. aliorum diũ

libet. Lec. li. macha. ii. xii.

In diebus illis. Vir fortissimus iudas collatione facta duodecim milia dragmas argẽti hierosolimam offerri ea ibi pro peccatis mortuorum: iuste et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluum videretur et vanũ orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur. He due sequentes epistole leguntur per totum annum ad missam quotidianã pro defunctis alternis vicibus per ebdom. Lec. libri apocalipsis. bti iohãnis apli. xiiii.

In diebus illis. Audiui vocem de celo: dicentem mihi. Scribe. Beati mortui, qui in domino moriũtur. Amodo iam dicit spiritus: vt requiescãt a laboribus suis. Opera enim illorum sequũtur il-

los. Ad Corintheos.xv.

Fratres. Xps resurrexit a mortuis primitie dormientium: qm quidem per hominem mors: et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adã omnes moriuntur: ita et in xpo omnes viuificabuntur. Unusquisqz autem in suo ordine. In omnibus missis pro defunctis episcopis sq dr. Gr. Si ambulem in medio vmbre mortis non timebo mala qm tu mecuz es dñe. V. Uirga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et idem gd. sq incipiatur et suus V. pcantetur a tribus clericis de.ii. forma habitu nõ mutato ad caput defũcti si adest: sinaũt, ad grad. chori. In oibus aliis missis p defunctis dr gd. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. V. Anime eorũ in bonis demorentur: et semẽ eorum hereditet terrã. ita q idem Gd. incipiatr et su9 V. percantetr a tribus clericis de .ii. forma habitu non mutato qñcũqz corp9 adest ad caput defũcti tm. sinaũt ad gradũ chori: et in die aiarum in pulpito. Alias illud idem grad. Requiem etnã. et su9 V. Anime eorum. Quotienscũqz cantatur in ãniuer. et trigin. et in missis fer. p defunctis p9 eoru inceptiõem a toto choro interi sedente absqz pneuma in fine pcãtetur. Qñcũqz corpus adest et in omnib9 miss. p defũct dicatur tr. Sicut ceru9 ibidem vbi grad. a qttuor clericis de supiori gradu habitu non mutato neqz vt in aliis tractib9 altnatim sedentibus sz interim continue stãtib9 ad caput corpori qd pñs fuerit: vl' epi defuncti si adest: sinaũt ad grad. chori quuqz finierint ipm tractũ: ita q oẽs illi qttuor clerici simul primũ V. incipiant quẽ duo ex pte chori principal'. psequatur. Seqns V. ab aliis duobus ex alta parte canter: et sic altnis vicib9 singuli V. toti9 tr. ab illis quatuor dñr choro simi' intim sedẽte: ita qdẽ vt oẽs sil' ipz tractũ finiment. Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fōtes aquaꝝ ita desiderat aīa mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deū viuū: qn̄ veniam et apparebo an̄ faciem dei mei. ℣. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte dū dicitur mihi p singulos dies vbi est deus tuus. In āniuer. et trigin. et in oībus aliis missis p defūctꝭ dꝫ sequēs tract⁹ a toto choro altrnatim sil'r in certiꝫ sedēte cū cātu in gradali super hoc notato: nisi in die aīarum tm̄: tūc cn̄ dꝫ cū eodem cantu q̄ in dominica .lxx. a quatuoꝛ clericis de superioꝛi gradu: habitu nō mutato ad gradum choꝛi supradicto modo scꝫ quo tractus. Sicut ceruus. Tractus.

